His rebus gestis Cyrus, iam tenebris obortis, reducto exercitu in castra se recipit: milites eius cenati somnum capiunt: Croesus autem cum exercitu statim Sardes fugit, caeteraeque gentes noctu quo quaeque poterat abierunt. (23 b) mane Cyrus versus Sardes ducit. cum urbem attigisset, machinas erigit, scalas profert. insecuta nocte Chaldaeos et Persas adducit ad praeruptissimam petram propugnaculi Sardianorum, via monstrata per quendam Persam qui cuiusdam ex arcis Sardianae custodibus servus fuerat. arce occupata Lydi moenia deserunt. Cyrus orta luce urbem ingreditur, atque edicit ne quis aciem deserat. Croesus autem in regia conclusus Cyrum inclamat: qui nonnullis ad illius custodiam relictis, et suis in castra deductis, ad illum redit. quo viso Croesus "salve" inquit "domine." "et tu Croese" inquit Cyrus: "verum numquid consilii mihi dare velis?" cui ille "modo possim." tum Cyrus "milites meos" inquit, "Croese, fatigatos et plurimis periculis defunctos capta urbe post Babylonem Asianarum opulentissima spem habere video emolumentorum: ego vero etsi eos remunerari cupio, tamen urbem diripiendam non dabo." ad haec Croesus "si

D πρὸς οὓς ἂν ἐγὼ Λυδῶν ἔλθω ὅτι μὴ γενέσθαι ἁρπαγὴν παρὰ σοῦ διαπέπραγμαι, καὶ ἴσθι σοι ἔσεσθαι παρ' ἑκόντων Λυδῶν πᾶν ὅτι ἐν Σάρδεσι τίμιον. πρῶτον δὲ ἐπὶ τοὺς ἐμοὺς" εἶπε "θησαυροὺς πέμπε καὶ λάμβανε ὅσα βούλει."

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω ποιήσειν ὁ Κῦρος κατέθετο, καὶ τότε ἐπὶ τούτοις τὴν ἡμέραν διήγαγον· τῇ δ' ἑξῆς καλέσας ὁ Κῦρος τῶν φίλων τινάς, τοὺς μὲν τοὺς θησαυροὺς παραλαμβάνειν ἐκέλευσε, τοὺς δὲ ὁπόσα παραδοίη ὁ Κροῖσος χρήματα. εἶτα εἴ τις ἑώρακε τὸν Ἀβραδάταν ἤρετο· εἰπόντος δέ τινος τῶν ὑπηρετῶν ὅτι ἐν τῇ μάχῃ ἀπέθανεν, ἐπαίσατο τὸν μηρόν, καὶ ἀναπηδήσας
P I 163 ἐπὶ τὸν ἵππον ἤλαυνεν ἐπ' ἐκεῖνον. καὶ ὡς εἶδε τὴν Πάνθειαν χαμαὶ καθημένην καὶ τὸν νεκρὸν κείμενον, ἐδάκρυσε καὶ εἶπε "φεῦ, ὦ ἀγαθὴ καὶ πιστὴ ψυχή." ἡ δὲ γυνή "οἶδ' ὅτι δι' ἐμέ" ἔφη "ταῦτα ἔπαθεν, ἴσως δ' ὦ Κῦρε καὶ διὰ σέ. ἐγώ τε γὰρ ἡ μωρὰ πολλὰ διεκελευόμην αὐτῷ ὅπως σοι φίλος ἄξιος λόγου φανείη, αὐτός τε τί ἂν ποιήσας χαρίσοιτό σοι ἐνενόει. καὶ οὗτος μὲν ἀμέμπτως τετελεύτηκεν, ἐγὼ δ' ἡ παρακελευομένη ζῶσα παρακάθημαι." καὶ ὁ Κῦρος χρόνον μέν τινα σιωπῇ κατεδάκρυεν, ἔπειτα πολλὰ τοῦ πάθους εἶπε παρηγορήματα, εἶτ' ἀπῄει. ἡ δὲ γυνὴ τοὺς μὲν εὐνούχους ἐκέλευσεν ἀποστῆναι, τῇ δὲ τροφῷ
B εἶπε παραμένειν καὶ ἀποθανοῦσαν περικαλύψαι αὐτήν τε καὶ τὸν ἄνδρα ἑνὶ ἱματίῳ. ἡ μὲν οὖν τροφὸς ἐκάθητο κλαίουσα· ἡ δὲ
W I 117 σφάττει ἑαυτήν, καὶ ἐπιθεῖσα ἐπὶ τὰ στέρνα τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἑαυτῆς κεφαλὴν ἀπέθνησκεν. ἡ δὲ τροφὸς ἀνωλοφύρατό τε καὶ

11 τὸν add A Xenophon. 16 χαρίσαιτο Xenophon. 20 τοὺς] οὓς A.

me apud Lydos quosdam dicere siveris me impetrasse a te urbis incolumitatem, scito eos ultro quidquid Sardibus est preciosum ad te allaturos. in primis autem ex meis thesauris sumito quantum voles."

Cyro assenso ea re occupati diem transegerunt. postridie alios ex amicis thesauros, alios pecunias quae a Croeso praeberentur, accipere iubet. inde percontatur numquis Abradatam vidisset; cumque ex ministris quidam dixisset eum in praelio cecidisse, femore percusso conscensoque equo ad illum properat. utque Panthiam humi sedentem iuxta mariti cadaver videt, lacrimans ait "o fortem et fidelem animam." ad haec mulier "hoc" inquit "ei accidisse propter me scio; et forsitan etiam propter te, Cyre. nam et ego demens sedulo eum hortabar ut amicitia tua se dignum praeberet, et ipse cogitabat qua re gratum tibi faceret. atque ille quidem honeste occubuit, ego vero hortatrix illius viva assideo." Cyrus cum aliquamdiu tacite lacrimasset, multaque deinde ad levandum luctum attulisset, discedit. mulier eunuchis secedere iussis nutrici mandat ut se mortuam eadem cum marito veste tegat, eaque plorante se ipsa iugulat, et capite suo pectori mariti imposito moritur: quo facto nutrix sublata voce lamentatur

περιεκάλυπτεν ἄμφω. καὶ οἱ εὐνοῦχοι γνόντες τὸ γεγενημένον τρεῖς ὄντες σπασάμενοι τοὺς ἀκινάκας σφάττονται. ὁ δὲ Κῦρος ὡς ᾔσθετο τὸ ἔργον τῆς γυναικός, ἠγάσθη τε αὐτὴν καὶ κατωλοφύρατο, καὶ μνῆμα αὐτοῖς ἔχωσεν ὑπερμέγεθες θάψας αὐτοὺς μεγαλοπρεπῶς.

24. Οἱ δὲ Κᾶρες στασιάσαντες καὶ πολεμοῦντες ἀλλήλοις παρέδοσαν ἑαυτοὺς τῷ Κύρῳ ἑκάτεροι, καὶ οἱ ἐπὶ Φρυγίαν δὲ C τὴν ἐπὶ Ἑλλήσποντον δῶρα πλεῖστα τῷ Κύρῳ παρέσχον, ὥστε μὴ εἰς τὰ τείχη βαρβάρους εἰσδέξασθαι, δασμὸν δὲ ἀποφέρειν αὐτῷ καὶ στρατεύειν ὅπη Κῦρος κελεύει. ὁ δὲ τῶν Φρυγῶν βασιλεὺς παρεσκευάζετο ὡς οὐ σπεισόμενος· ἐπεὶ δὲ ἀφίσταντο αὐτοῦ οἱ ὕπαρχοι, εἰς χεῖρας ἦλθεν Ὑστάσπᾳ. καὶ ὁ Ὑστάσπας καταλιπὼν ἐν ταῖς ἄκραις φρουρὰς Περσῶν, ἀπῄει ἄγων σὺν τοῖς ἑαυτοῦ καὶ Φρυγῶν πολλοὺς ἱππέας καὶ πελταστάς.

Ὁ δὲ Κῦρος ὡρμᾶτο ἐκ Σάρδεων, φρουρὰν μὲν λιπὼν ἐν Σάρδεσι, Κροῖσον δ' ἔχων σὺν ἑαυτῷ ἄγοντα πλείστας ἁμάξας μεστὰς πολλῶν καὶ παντοδαπῶν χρημάτων, καὶ γεγραμμένα ἔχοντα ἀκριβῶς ὅσα ἦν ἐν ἑκάστῃ ἁμάξῃ. ὃς καὶ ἐδίδου τῷ Κύρῳ τὰ D γράμματα· ὁ δὲ Κῦρος εἶπε "σὺ μὲν καλῶς ἐποίησας, ὦ Κροῖσε, οἱ δὲ τὰ χρήματα εἰληφότες πάντως μοι ἄξουσι ταῦτα, ἢν δέ τι καὶ κλέψωσι, τὰ ἑαυτῶν κλέψονται." ἦγε δὲ καὶ Λυδῶν ὁ Κροῖσος πολλοὺς καὶ λαμπρῶς ὡπλισμένους.

8 ἐπὶ om codex Colberteus: Xenophon περί: infra p. 301 v. 19 παρ'. 13 ἐν ταῖς] τῆς ἐν A. 20 ἕξουσι A.

Fontes. *Cap. 24. Xenophontis de Cyri disciplina* 7 4 *et* 5. *Euphratis nomen ex Herodoti* 1 191, *Baltasaris ex Iosephi Ant.* 10 11 4.

ambosque tegit. tres autem eunuchi, dominae caede cognita, strictis gladiis et ipsi sese perimunt. Cyrus cognita caede mulierem admiratus deplorat, ingentique tumulo excitato magnifice et ipsam et maritum sepelit.

24. Interea Cares, seditione inter ipsos orta, utrique Cyro sese dedunt: Phryges item ad Hellespontum habitantes plurima dona obtulerunt, ne barbaros intra moenia recipere cogerentur, sed tributa duntaxat penderent et ubi Cyrus iuberet militarent. Phrygiae vero rex se parabat ut pacem repudiaturus: cum autem praefecti deficerent, Hystaspae se dedidit. qui praesidio castellis imposito multos etiam Phryges equites et parmatos cum suis adduxit.

Cyrus relicto Sardibus praesidio, Croesoque secum abducto, qui plurimos currus vehebat plenos magnis et variis opibus, et accurate descriptum habebat quid in quolibet curru esset, discessit: eaque descriptione accepta "tu quidem" inquit "recte fecisti, Croese; sed qui pecunias acceperunt, ii omnino eas mihi vehent. quod si quid furati fuerint, sua furabuntur." idem Croesus plurimos etiam Lydos splendidis armis exornatos secum duxit.

Ἰὼν δ' ὁ Κῦρος τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα κατεστρέψατο Φρύγας τοὺς ἐν τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ, κατεστρέψατο δὲ Καππαδόκας, ὑποχειρίους δὲ ἐποιήσατο Ἀραβίους· ἐξώπλισε δὲ ἀπὸ πάντων τούτων Περσῶν μὲν ἱππέας οὐ μεῖον τετρακισμυρίων, καὶ πᾶσι δὲ τοῖς συμμάχοις ἵππους πολλοὺς τῶν αἰχμαλώτων δέδωκεν. ἀφίκετο μέντοι πρὸς Βαβυλῶνα πολλοὺς μὲν ἱππέας ἄγων, παμπόλλους
P I 164 δὲ τοξότας καὶ ἀκοντιστάς, σφενδονήτας δὲ ἀναρίθμους. ἐπεὶ δ' ἐν Βαβυλῶνι ἐγένετο, περιέστησε μὲν τὴν στρατιάν, αὐτὸς δ' ἐπιὼν σὺν τοῖς ἄρχουσι τῶν συμμάχων καὶ τοῖς φίλοις κατεθεᾶτο τὰ τείχη. εἶτα ἐπήγαγε τὴν στρατιὰν καὶ περὶ τὴν πόλιν ἐστρατοπεδεύσατο. ἰδὼν δὲ τὸν ἐκεῖ ποταμὸν ἔνδον τῆς Βαβυλῶνος εἰσρέοντα καὶ μέσην διιόντα τὴν πόλιν, οὐδενὶ μὲν τὸ βούλευμα ἐξεκάλυψε, τάφρον δ' ἐκέλευσεν ὀρύσσειν περὶ τὸ στρατόπεδον εὐρεῖαν καὶ βαθυτάτην, ἵν' ἐλαχίστων τάχα τῶν φυλάκων ἐν τῷ στρατοπέδῳ δέοιντο. οἱ μὲν οὖν τὴν τάφρον ποιοῦντες ὤρυσσον μέτριόν τι τοῦ ποταμοῦ ἀφιστάμενοι, τὸν δὲ χοῦν ἀνέβαλον πρὸς τὸ στρατόπεδον· οἱ δέ γε Βαβυλώνιοι κατεγέλων τῆς πολιορκίας,
B ὡς πλέον ἢ ἐτῶν εἴκοσι τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντες. ἤδη δὲ τῆς τάφρου ὀρωρυγμένης, φυλάξας ὁ Κῦρος νύκτα ἐν ᾗ ἑορτὴν ἔγνω τοὺς Βαβυλωνίους ἄγειν ὅλην τὴν νύκτα πίνοντας καὶ κωμάζοντας, ἐν ταύτῃ πλῆθος ἀθροίσας ἀνεστόμωσε τὰς τάφρους πρὸς τὸν ποταμόν (Εὐφράτης οὗτός ἐστιν, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ)· καὶ τὸ ὕδωρ εἰς τὰς τάφρους ἐχώρει ἐν τῇ νυκτί, ἡ δὲ διὰ τῆς πόλεως τοῦ

6 πολλοὺς δὲ τ. A. 8 αὐτὸς — 10 στρατιὰν om A. 11 Βαβυλῶνος] πόλεως A. 12 πόλιν] βαβυλῶνα A. 16 ἐνέβαλον A.

Cyrus dum Babylonem proficiscitur, magna Phrygia, Cappadocia et Arabia subactis, e spoliis devictorum equites Persicos haud pauciores quadragies mile instruxit, et omnibus sociis multos captivorum equos distribuit, et multis equitibus, multis sagittariis et ferentariis ac funditoribus innumerabilibus Babylonem adductis urbem copiis cingit. et cum principibus sociorum atque amicis moenia contemplatus adducit exercitum et circum urbem castra locat. cum autem vidisset flumen Babylonem perfluere mediam, consilio suo cum nemine communicato castra cingi iubet fossa lata et profundissima, forsitan ut custodibus quam paucissimis esset opus. ei operi milites intenti medioori a flumine spatio fodiunt, egestamque humum versus castra coniiciunt. Babylonii vero deridebant obsidionem, ut qui amplius viginti annorum commeatum haberent. fossa iam absoluta Cyrus observato tempore quo Babylonies per totam noctem potare et comissari cognoverat, fossam versus fluvium (is Euphrates est ut Herodotus tradit) aperuit: aquaque in eam noctu traducta factum est ut alveus fluminis in

ποταμοῦ ὁδὸς πορεύσιμος ἀνθρώποις ἐγίνετο μετοχετευθέντος τοῦ ὕδατος. τότε δὴ καταβιβάσας εἰς τὸ ξηρὸν τοῦ ποταμοῦ ὑπηρέτας καὶ πεζοὺς καὶ ἱππέας ἐκέλευσε σκέψασθαι εἰ πορεύσιμον εἴη. ἐν τούτῳ δὲ διαλεχθεὶς τοῖς ἡγεμόσι τοῦ πλήθους καὶ διεγείρας πρὸς τοὔργον, τέλος ἔφη "ἀλλ' ἄγετε, λαμβάνετε ὅπλα, ἡγήσομαι δ' ἐγώ· ὑμεῖς δ' ὦ Γαδάτα καὶ Γωβρύα, δεικνύετε τὰς ὁδούς, εἰδότες ταύτας. ὅταν δ' ἐντὸς γενώμεθα, τὴν ταχίστην ἄγετε ἐπὶ τὰ βασίλεια." ἐπὶ τούτοις ἐπορεύοντο. καὶ ὄντες ὡς ἠδύναντο τάχιστα ἐπὶ τοῖς βασιλείοις ἐγένοντο οἱ σὺν τῷ Γωβρύᾳ καὶ τῷ Γαδάτᾳ, καὶ τὰς πύλας κεκλεισμένας εὑρίσκουσι, πίνουσι δὲ τοῖς φύλαξιν ἐπεισπίπτουσιν. ὡς δὲ κραυγὴ καὶ θροῦς ἤρθη, αἰσθόμενοι οἱ ἔνδον, κελεύσαντος τοῦ βασιλέως σκέψασθαι τί εἴη τὸ πρᾶγμα, ἤνοιξαν τὰς πύλας, εἰς ἃς εἰσπίπτουσιν οἱ πολέμιοι καὶ ἀφικνοῦνται πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ ἤδη ἑστηκότα αὐτὸν καὶ ἐσπασμένον ὃν εἶχεν ἀκινάκην εὑρίσκουσι. καὶ τοῦτον μὲν οἱ σὺν Γαδάτᾳ καὶ Γωβρύᾳ ἐχειροῦντο, οἱ δὲ σὺν αὐτῷ ἔθνησκον οἱ μὲν ἀμυνόμενοι οἱ δὲ φεύγοντες. ὁ δὲ Κῦρος διέπεμπε τὰς τῶν ἱππέων τάξεις κατὰ τὰς ὁδούς, προειπὼν οὓς μὲν ἔξω λαμβάνοιεν κτείνειν, τοὺς δ' ἐν ταῖς οἰκίαις κηρύττειν τοὺς Συριστὶ ὁμιλεῖν ἐπισταμένους ἔνδον μένειν, εἰ δέ τις ἔξω ληφθείη, ὅτι θανεῖται. ἐν τοσούτῳ δὲ Γαδάτας καὶ Γωβρύας ἧκον, καὶ ὅτι τὸν ἀνόσιον βασιλέα ἐτιμωρήσαντο, πρῶτον μὲν θεοὺς προσεκύνουν, ἔπειτα Κύρου κατεφίλουν χεῖρας καὶ πόδας.

[Margin: C at line 5; W I 118 at line 10; D at line 16]

1 ἐγίνετο A. 9 οἱ om A. 11 ἐπιπίπτουσιν A: Xenophon ἐπεισπίπτουσιν. 16 γαδάτη A. 17 φεύγοντες] ζώζοντες A.

urbe ab hominibus transiri posset. tunc igitur ministros et pedites et equites vadum periclitari iussit; atque interea duces multitudinis ad rem capessendam exhortatus arma capere ac se ducem sequi, Gobryam et Gadatam, quibus urbs nota esset, ubi in eam pervenissent, viam monstrare qua recta ad regiam iretur, iussit. summa igitur festinatione Gobryas et Gadatas cum suis ad regiam usque progressi portas clausas reperiunt, custodes potantes opprimunt. sublato clamore et strepitu, qui in regia erant iussu regis visuri quid rei esset portas aperiunt: irrumpunt hostes, ad regem usque penetrant, eum stricto iam acinace adstantem Gobryas et Gadatas capiunt: satellites partim repugnantes partim fugientes caedunt. Cyrus turmas equitum in vias dimittit cum mandato ut quos foris deprehenderint occidant, caeteris per Syriae linguae peritos denuntient ut intra aedes se contineant: qui egressus fuerit, occisum iri. interea Gadatas et Gobryas adsunt, atque nefarii regis ultionem primum diis immortalibus acceptam ferunt, deinde Cyri pedes et manus deosculantur.

Ὁ μὲν οὖν Ξενοφῶν τὰ περὶ τοῦ Κύρου ἱστορῶν τὸ ὄνομα τοῦ ἁλόντος βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων οὐ λέγει, ὁ δὲ Ἰώσηπος ἐν τῷ δεκάτῳ λόγῳ τῆς Ἀρχαιολογίας τὸν Βαλτάσαρ τοῦτον εἶναι
P I 165 ἱστορεῖ, ᾧ καὶ ἡ χεὶρ ἐφάνη ἐκ τοῦ τείχους προϊοῦσα καὶ γράφουσα τὰ ἤδη προγραφέντα γράμματα, ὧν τὴν δήλωσιν ἡρμήνευσεν ὁ Δανιήλ.

25. Ἡμέρας δὲ γενομένης ὡς ᾔσθοντο οἱ τὰς ἄκρας ἔχοντες ἑαλωκυῖαν τὴν πόλιν καὶ τὸν βασιλέα σφῶν τεθνηκότα, παραδιδόασι καὶ τὰς ἄκρας. ὁ δὲ Κῦρος εἰς αὐτὰς φρουράρχους καὶ φρουροὺς ἔπεμπεν. εἶτα τοὺς μάγους καλέσας, ὡς δορυαλώτου τῆς πόλεως οὔσης ἀκροθίνια τοῖς θεοῖς ἐκέλευσεν ἐξελεῖν, καὶ οἰκίας δὲ διεδίδου καὶ ἀρχεῖα τοῖς κοινωνήσασι τῶν πεπραγμένων αὐτῷ, καὶ ἑαυτῷ δὲ κατασκευάσαι διανενόητο δίαιταν πρέπουσαν βασιλεῖ. ἵνα δὲ μὴ τοῖς φίλοις ἐπίφθονος γένηται, σὺν γνώμῃ
B αὐτῶν τοῦτο ποιῆσαι ἠθέλησε, καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς, δι' ὧν εἶπεν ἔπεισεν ἐκείνους ταῦτα αἰτήσασθαι. κἀντεῦθεν εἰς τὰ βασίλεια εἴσεισι, καὶ φύλακας περὶ ἑαυτὸν ποιεῖται, καὶ τοὺς μὲν περὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θεραπευτῆρας ἐξέτεμε καὶ εὐνούχους πεποίηκε, δορυφόρους δ' εἵλετο Πέρσας περὶ μυρίους, καὶ ἐν τῇ πόλει δὲ φρουροὺς ἔταξεν ἱκανούς. ταῦτα δὲ ποιήσας τοὺς ἐντιμοτέρους τῆς στρατιᾶς ἐξήσκει μὴ ἀπόνως βιοῦν καὶ καθ' ἡδυπάθειαν· καὶ τῶν μὲν ἄλλων πραγμάτων ἄλλους ἐπιμελητὰς κατεστήσατο, προ-

1 "ὁ μὲν οὖν Ξενοφῶν etc.] absunt haec a ms. Colb." DUCANGIUS. 6 Δανιήλ] cf. lib. 3 c. 5. 17 μὲν add A.

FONTES. *Cap.* 25. *Xenophontis de Cyri disciplina* 7 5 — 8 4.

Xenophon, in Cyri historia, capti Assyriorum regis nomen haud ponit: sed Iosephus libro decimo Antiquitatum Baltasarem illum esse tradit, cui manus visa sit quae ex pariete exstiterit, eaque scripserit quae iam exposita sunt et a Daniele declarata.

25. Cum diluxisset et castellani urbis captivitatem et sui regis caedem cognovissent, arces Cyro tradunt. qui praefectos et praesidia in eas misit, deinde magis arcessitis ob urbem expugnatam diis primitias immolat, aedes et palatia rerum gestarum sociis assignat, atque ipse etiam vitae rationem rege dignam instituit. eam, quo minus invidiosa esset, de amicorum sententia inchoat, ac dicendo consequitur ut ipsi id a se postularent. regiam ingressus custodes assumit, sui corporis ministros castrat et eunuchos facit, satellites Persarum circiter decem milia legit, urbem iusto praesidio firmat. his factis, qui honoratiores erant in exercitu, eos exercebat quominus ignavam et luxuriosam vitam agerent: aliarum rerum curam aliis mandabat, alios reditus accipere, alios sumptibus,

σίτων ἀποδεκτῆρας φημὶ καὶ δοτῆρας δαπανημάτων, ἔργων τε ἐπιστάτας καὶ κτήσεων φύλακας, καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐπιμελητὰς τῶν πρὸς δίαιταν, καὶ ἵππων καὶ κυνῶν φροντιστάς· οὓς δ' ᾤετο C χρῆναι φύλακας τῆς εὐδαιμονίας ἔχειν, ἑαυτῷ τὴν τούτων προσέταττεν ἐπιμέλειαν. ἐπεὶ δὲ καὶ χρήμασιν εὐεργετεῖν αὐτῷ προσεγένετο, ἔγνω ὡς οὐδέν ἐστιν εὐεργέτημα ἀνθρώποις εὐχαριτώτερον ἢ σίτων καὶ ποτῶν μετάδοσις· διὸ καὶ ἐπέταξε πολλὰ αὐτῷ παρατίθεσθαι ὅμοια οἷς αὐτὸς σιτοῖτο καὶ ἱκανὰ παμπόλλοις ἐσόμενα, καὶ τὰ παρατιθέμενα, πλὴν οἷς αὐτὸς καὶ οἱ σύνδειπνοι χρήσαιντο, διεδίδου. καὶ φιλοδωρότατος ἀνθρώπων ἐγένετο. ἀλλὰ τὸ μὲν μεγέθει δώρων ὑπερβάλλειν πλουσιώτατον ὄντα οὐ θαυμαστόν, τὸ δὲ τῇ θεραπείᾳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων βασιλεύοντα περιγίνεσθαι, τοῦτο ἀξιολογώτερον. καὶ λόγος δὲ αὐτοῦ ἀπομνημο- D νεύεται, παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως· τόν τε γὰρ νομέα ἔλεγε χρῆναι εὐτραφῆ τὰ κτήνη ποιοῦντα χρῆσθαι αὐτοῖς ἤδη, τόν τε βασιλέα ὡσαύτως εὐδαίμονας πόλεις καὶ ἀνθρώπους ποιοῦντα χρῆσθαι αὐτοῖς.

Λέγεται δὲ καὶ τὸν Κροῖσον εἰπόντα ποτὲ πρὸς αὐτὸν ὡς διὰ τὸ πολλὰ διδόναι πένης ἔσοιτο, ἐρωτηθῆναι παρὰ Κύρου "πόσα ἂν ἤδη μοι χρήματα οἴει εἶναι εἰ χρυσίον ὡς σὺ κελεύεις συνέλεγον ἐξότου ἐν τῇ ἀρχῇ εἰμί;" καὶ τὸν Κροῖσον εἰπεῖν πολύν τινα ἀριθμόν. τὸν δὲ Κῦρον φάναι "ἄγε δή, ὦ Κροῖσε, σύμ- W I 119

5 καὶ om A. 6 εὐχαριστότερον A, ἐπιχαριτώτερον Xenophon. 7 μετάδοσις A cum codice Colberteo et Xenophonte, μετάληψις PW. ἐπέταξε A, ὑπέταξε PW. 12 τῇ alterum add A Xenophon. 16 ὡσαύτως om A.

alios operis praeesse, alios possessiones custodire, alios commeatus et annonam, alios equos et canes curare iubebat: eorum autem curam, qui felicitatem tueri deberent, ipse suscipiebat. eas porro facultates consecutus ut liberalis in alios esse posset, nullum mortalibus beneficium iucundius esse cogitans cibi et potus communione, plurima sibi fercula iis similia quibus ipse vesceretur apponi iussit, quam plurimis suffectura, eaque, exceptis iis quibus ipse cum convictoribus suis frueretur, distribuebat. atque eum liberalissimum et munificentissimum fuisse, minus est in tantis opibus mirandum: sed regem observantia et cura superare amicos, id vero magis est memorabile. qua de re dictum eius quoddam refertur, consimilia esse munera boni pastoris et regis: nam et pastorem decere saginatis in primis a se iumentis uti, et regi urbes et homines, quos bearit, inservire.

Fertur et Croesum, qui eum ob crebras donationes pauperem fore dixerat, rogasse quantam sibi pecuniae esse putaret, si aurum, ut ipse censeat, ex quo regnare coeperit, collegisset. cumque ille ingentem summam nominasset, dixisse "age igitur, Croese, mitte aliquem cum

P I 166 πέμψον ἄνδρα σὺν Ὑστάσπᾳ τούτῳ. σὺ δέ, Ὑστάσπα, περιελθὼν τοὺς φίλους λέγε αὐτοῖς ὅτι δέομαι χρυσίου πρὸς πρᾶξίν τινα, καὶ κέλευε αὐτοὺς ὁπόσα ἂν ἕκαστος δύναιτο πορίσαι μοι χρήματα, καὶ γράψαντας καὶ κατασημηναμένους δοῦναι τὰς ἐπιστολὰς τῷ Κροίσου θεράποντι." ταῦτα δὲ ὅσα ἐπετέλλετο τῷ Ὑστάσπᾳ γράψας καὶ σημηνάμενος δέδωκεν αὐτῷ φέρειν πρὸς τοὺς φίλους. ἔγραψε δὲ πρὸς πάντας καὶ Ὑστάσπαν ὡς φίλον αὐτοῦ δέχεσθαι. ἐπεὶ δὲ περιῆλθε καὶ ἤνεγκεν ὁ Κροίσου θεράπων τὰς ἐπιστολάς,
B ὁ Ὑστάσπας εἶπεν "ὦ Κῦρε βασιλεῦ, καὶ ἐμοὶ ἤδη ὡς πλουσίῳ χρῶ· πάμπολλα γὰρ ἔχων πάρειμι δῶρα διὰ τὰ σὰ γράμματα." καὶ ὁ Κῦρος "εἷς μὲν τοίνυν ὦ Κροῖσε" εἶπε "καὶ οὗτος ἡμῖν θησαυρός, τοὺς δ' ἄλλους καταθεῶ, καὶ λόγισαι πόσα μοί ἐστιν ἕτοιμα χρήματα ἤν τι δέωμαι χρῆσθαι." λέγεται δὴ λογιζόμενος ὁ Κροῖσος πολλαπλάσια εὑρεῖν ἢ ἔφη Κύρῳ ἂν εἶναι ἐν τοῖς θησαυροῖς εἰ συνέλεγεν, ἐπὶ τούτοις δὲ τὸν Κῦρον εἰπεῖν "ὁρᾷς, ὦ Κροῖσε, ὡς εἰσὶ καὶ ἐμοὶ θησαυροί;"

Δόξαν δὲ αὐτῷ εἰς τὰ τοῖς θεοῖς ἐξῃρημένα τεμένη ποιήσασθαι προπομπήν, καλέσας τοὺς τὰς ἀρχὰς ἔχοντας Περσῶν τε καὶ
C τῶν ἄλλων, διέδωκεν αὐτοῖς στολὰς Μηδικάς· καὶ τότε πρῶτον Πέρσαι Μηδικὴν στολὴν ἐνεδύσαντο. ἐπεὶ δὲ τοῖς κρατίστοις διέδωκε τὰς κρατίστας στολάς, ἐξέφερε καὶ ἄλλας Μηδικὰς στολάς (παμπόλλας γὰρ παρεσκευάσατο οὔτε πορφυρίδων φειδόμενος οὔτε

4 καὶ prius om A. 7 πάντας om A, spatio relicto. 11 εἶπε post θησαυρός A. 13 δὴ] δὲ AW: Xenophon δή. 17 τὰ AW, om P. 22 κατεσκευάσατο A: Xenophon παρεσκευάσατο.

Hystaspe. tu vero, Hystaspe, adito amicos meos, eisque dicito, mihi ad rem quandam conficiendam auro esse opus, ut quisque quam plurimum possit comparet, idque litteris inscribat atque obsignet, et epistolas Croesi ministro tradat." eadem quae mandarat, litteris inscripta omnia et obsignata Hystaspae tradidit, eumque ab omnibus ut amicum suum tractari iussit. cum circumissent, et Croesi minister epistolas attulisset, Hystaspes dixit "rex Cyre, me quoque nunc utere ut divite: nam propter commendationem tuam et ipse plurimis affectus sum muneribus." tum Cyrus "et hic" inquit, "Croese, unus est ex thesauris nostris. tu vero caeteros contemplatus supputa quanta mihi pecunia sit, si fuerit opus." is vero longe maiorem summam repperisse fertur quam in thesauris eum habiturum fuisse dixerat si collegisset; ac Cyrum dixisse "viden', Croese, et mihi thesauros esse?"

Cum autem in animo haberet ad pulvinaria deorum immortalium supplicatum ire, vocatis principibus Persarum et caeterorum, stolas Medicas inter eos distribuit, quas Persae tum primum induerunt. stolis optimis inter optimos distributis, etiam alias Medicas stolas proferebat (plurimas enim paraverat neque purpureis neque orphninis neque cary-

ὀρφνίνων οὔτε φοινικίδων οὔτε καρυκίνων ἱματίων), νείμας δ' ἑκάστῳ τῶν ἡγεμόνων μέρος αὐτῶν, ἐκέλευσε τούτοις τοὺς ὑπ' αὐτοὺς κοσμεῖν. καί τις τῶν παρόντων ἐπήρετο αὐτόν "σὺ δέ, ὦ Κῦρε, πότε κοσμήσῃ;" ὁ δέ "οὐ γὰρ νῦν" ἔφη "δοκῶ ὑμῖν αὐτὸς κοσμεῖσθαι, ὑμᾶς κοσμῶν; ἢν γὰρ δύνωμαι τοὺς φίλους ποιεῖν εὖ, ὁποίαν ἂν ἔχω στολὴν ἐγὼ ἐν ταύτῃ καλὸς φανοῦμαι." ποιήσας δὲ τὴν προπομπὴν καὶ θύσας τοῖς θεοῖς μετὰ τῶν φίλων ἐδείπνει, D *οὓς μὲν μάλιστα ἐτίμα παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα καθίσας, ὡς εὐεπιβουλευτοτέρας ταύτης οὔσης ἢ τῆς δεξιᾶς, τοὺς δ' ἄλλους παρὰ τὴν δεξιάν. μετὰ δέ γε τὸ δεῖπνον τοὺς ἐθελουσίους αὐτῷ συμμαχήσαντας ἀπέπεμψεν οἴκαδε, πλὴν τῶν βουληθέντων παρ' αὐτῷ καταμεῖναι· τούτοις δὲ καὶ χώραν καὶ οἴκους ἔδωκε. τοῖς δ' ἀπιοῦσι καὶ στρατιώταις καὶ ἄρχουσι πολλὰ ἐδωρήσατο. εἶτα καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις καὶ ἡγεμόσι διένειμεν ὅσα ἐκ Σάρδεων ἔλαβε χρήματα, πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ. ὡς δὲ εἰλήφεισαν τὰ δοθέντα, ἔλεγον περὶ τοῦ Κύρου "ἦ που αὐτός γε πολλὰ ἔχει, ὅτι καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ τοσαῦτα δέδωκεν." οἱ δ' ἔλεγον "οὐχ ὁ Κύρου τρόπος τοιοῦτος ὡς χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ διδοὺς μᾶλλον ἢ* P I 167 *κτώμενος ἥδεται." αἰσθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Κι῀ρος συνέλεξε τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἐπικαιρίους ἅπαντας καὶ εἶπεν "ἁπλουστάτου μοι δοκεῖ εἶναι ἤθους τὸ τὴν δύναμιν τὸν ἄρχοντα φανερὰν ποιησάμενον ἐκ ταύτης ἀγωνίζεσθαι περὶ καλοκαγαθίας. κἀγὼ οὖν" ἔφη*

1 *ὀρφίνων* A. *καρυκίνων* AW. 6 *ὁποῖαν ἔχω* A. 8 *ἐτίμα*] *ἑτοίμα* A. 9 *ἐπιβουλευτοτέρας* A: Xenophon *εὐεπ.* 14 *καὶ ἡγεμόσι* om Xenophon. post *ἡγεμόσι* PW add *πολλά*, om A Xenophon.

cinis neque puniceis pannis parcens) et cuique ducum partem earum tradebat, quibus et illi suos exornarent. rogatus autem a quodam quando ipse sese ornaturus esset, "nonne" inquit "vobis nunc ornatus esse videor, cum vos ornavi? nam ubi de amicis fuero bene meritus, qualibet in veste formosus ero." supplicatione absoluta et victimis immolatis cum familiaribus cenatus est, amicis honoratissimis ad laevam collocatis, ut quae magis opportuna sit insidiis, caeteris ad dextram. a cena eos qui ultro in bellis secuti fuerant dimisit domum, praeter eos qui sponte manere vellent: iis vero et agros et aedes dedit, discedentibus tam militibus quam ducibus plurima donavit. deinde suis etiam militibus ac ducibus quascunque Sardibus ceperat pecunias pro cuiusque dignitate distribuit. qui ut ea acceperant, alii dixere, nimirum ipsum Cyrum habere plurima, qui tam multa largitus esset; alii, non id esse Cyri ingenium ut pecuniam faceret, qui dando quam accipiendo delectetur magis. quibus Cyrus animadversis, amicis et reliquis idoneis advocatis "apertissimi" inquit "ingenii mihi esse videtur, ut princeps copiis suis palam expositis de laude bonitatis certet. et ego igitur, quid-

“βούλομαι ὑμῖν ὅσα μὲν οἷόν τέ ἐστι τῶν ἐμοὶ ὄντων ἰδεῖν δεῖξαι, ὅσα δὲ μὴ οἷόν τε ἰδεῖν, διηγήσασθαι.” ταῦτα εἰπὼν τὰ μὲν ἐδείκνυ πολλὰ καὶ καλὰ χρήματα, τὰ δὲ κείμενα ὡς μὴ ῥᾴδιον εἶναι ἰδεῖν διηγήσατο. καὶ εἶπεν “ὦ ἄνδρες, ταῦτα οὐδὲν μᾶλλον ἐμὰ δέον ἡγεῖσθαι ἢ καὶ ὑμέτερα· ἐγὼ γὰρ ταῦτα ἀθροίζω ὅπως ἔχω τῷ καλόν τι ὑμῶν ποιοῦντι διδόναι, καὶ ὅπως,
B ἤν τις ὑμῶν τινὸς δέηται, λάβῃ πρός με ἰών.”

26. Ὅτε δὲ τὰ ἐν Βαβυλῶνι εὖ κατεστήσατο, εἰς Πέρσας ἀπελθεῖν ἡτοιμάζετο. ἐπεὶ δὲ πορευόμενος γίνεται κατὰ τὴν Μηδικήν, τρέπεται ὁ Κῦρος πρὸς Κυαξάρην, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν εἶπεν ὅτι οἶκος αὐτῷ ἐν Βαβυλῶνι ἐξῃρημένος εἴη, καὶ δῶρα παρέσχεν αὐτῷ πολλὰ καὶ καλά. ὁ δὲ Κυαξάρης προσέπεμψεν αὐτῷ
I 120 τὴν θυγατέρα στέφανόν τε χρυσοῦν καὶ ψέλλια φέρουσαν καὶ στρεπτὸν καὶ στολὴν Μηδικὴν καλλίστην. καὶ ἡ μὲν παῖς ἐστεφάνου τὸν Κῦρον, ὁ δὲ Κυαξάρης “δίδωμί σοι” ἔφη, “ὦ Κῦρε, καὶ αὐ-
C τὴν ταύτην γυναῖκα, θυγατέρα οὖσαν ἐμήν, ἐπιδίδωμι δὲ αὐτῇ καὶ φερνὴν Μηδίαν πᾶσαν· οὐδὲ γάρ ἐστί μοι ἄρρεν παῖς γνήσιος.” ὁ δὲ Κῦρος “τὸ μὲν γένος, ὦ Κυαξάρη, ἐπαινῶ” εἶπε, “καὶ τὴν παῖδα καὶ τὰ δῶρα, βούλομαι δὲ σὺν γνώμῃ τοῦ πατρός τε καὶ τῆς μητρὸς γῆμαι αὐτήν.” καὶ ταῦτα εἰπὼν εἰς Πέρσας ἐπορεύετο. ἐν δὲ τοῖς Περσῶν ὁρίοις ἐλθὼν τὸ μὲν στράτευμα ἐκεῖ κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς φίλοις τὴν πόλιν εἰσῄει, ἱερεῖα ἄγων πᾶσι Πέρ-

4 εἶναι om A. 11 ἐξῃρημένος εἴη codex Colberteus et Xenophon, ἐξῄρηται PW. 16 αὐτῇ] αὐτὴν A. 17 ἄρρην Xenophon. 19 τὰ om A.

Fontes. *Cap.* 26. *Xenophontis de Cyri disciplina* 8 5—8. *pauca in extremo capite addita.*

quid mearum opum est quod monstrari possit, ostendam; quae ostendi nequeunt, enarrabo.” his dictis res multas et praeclaras deprompsit; quae vero reposita erant nec proferri facile poterant, recensuit. et “haec” inquit, “viri, non tam mea sunt existimanda quam etiam vestra. nam ea colligo ut, qui honeste se erga nos gesserit, eum remunerari queam, et si cui vestrum quid opus fuerit, a me uti petat.”

25. Rebus Babylone compositis reditum in Persiam parat. in Mediam progressus se ad Cyaxarem convertit, eoque salutato et multis egregiis muneribus affecto, ait domum etiam illi Babylone assignatam esse. Cyaxares filiam ad eum mittit cum aurea corona, armillis, torque et veste Medica pulcherrima. illa Cyrum coronat: rex vero “hanc” inquit, “Cyre, filiam meam uxorem tibi do, et totam Mediam doti dico: neque enim mihi sunt mares liberi germani.” ad haec Cyrus, et genus se laudare et puellam et munera, sed eam de sententia patris et matris ducturum esse. his dictis in Persiam contendit, relictoque in finibus exercitu ipse cum amicis urbem ingreditur, victimas adducens quae et ad sacrificandum et ad convivandum Persis omnibus satis essent: paren-

σαις ἱκανὰ θύειν καὶ ἑστιᾶσθαι. δῶρα δὲ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ ἔφερεν οἷα εἰκὸς ἦν καὶ τοῖς φίλοις, οἷα δ' ἔπρεπεν ἀρχαῖς καὶ γεραιτέροις· ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσι Πέρσαις, ἀλλὰ μὴν καὶ Περσίσι. D καὶ χρόνον τινὰ τοῖς τεκοῦσι συνδιατρίψας ἀπῄει. καὶ γενόμενος ἐν Μήδοις, συνδόξαν τῷ πατρί, γαμεῖ τὴν Κυαξάρου θυγατέρα· γήμας δ' εὐθὺς ἔχων αὐτὴν ἀνεζεύγνυεν.

Ὡς δ' ἧκεν εἰς Βαβυλῶνα, σατράπας ἐπὶ τὰ κατεστραμμένα ἔπεμπεν ἔθνη, εἰς Ἀραβίαν δηλαδὴ καὶ Καππαδοκίαν, εἰς Φρυγίαν τε τὴν μεγάλην, εἰς Λυκίαν τε καὶ Ἰωνίαν, εἰς Καρίαν, εἰς Φρυγίαν τὴν παρ' Ἑλλήσποντον καὶ Αἰολίδα. Κίλιξι δὲ καὶ Κυπρίοις καὶ Παφλαγόσιν οὐκ ἔπεμψε σατράπας, ὅτι ἑκόντες ἐδόκουν αὐτῷ συστρατεύεσθαι· δασμοὺς μέντοι καὶ οὗτοι ἀπέφερον. ἵνα δέ, μεγάλης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς οὔσης, ταχέως καὶ πόρ- P I 168
ρωθεν οἱ κομίζοιντο ἀγγελίαι, ἐσκέψατο πόσην ἂν ὁδὸν ἵππος ἐλαυνόμενος ἀνύῃ, καὶ ἱππῶνας τοσοῦτον ἀλλήλων διέχοντας ἐποιήσατο, καὶ ἵππους κατέστησεν ἐν αὐτοῖς καὶ τοὺς αὐτῶν ἐπιμελομένους, καὶ ἄνδρα ἐφ' ἑκάστῳ ἔταξε τὸν ἐπιτήδειον παραδέχεσθαι τὰ φερόμενα γράμματα καὶ παραδιδόναι, καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους καὶ ἄλλους πέμπειν νεαλεῖς.

Ἤδη δὲ παρελθόντος ἐνιαυτοῦ στρατείαν ἐποιήσατο, ἐν ᾗ λέγεται καταστρέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη ὅσα Συρίαν εἰσβάντι οἰκεῖ μέχρις ἐρυθρᾶς θαλάσσης. μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύει ἐπ' Αἰγυ-

1 δὲ] τὲ A. 9 Λυκίαν et, quod rectius, Λυδίαν Xenophontis codices. τε alterum om A. 12 ἐπέφερον A. 17 ἔταξεν ἐπιτήδειον A.

tibus atque amicis munera affert qualia par erat, et magistratibus ac senioribus qualia decebant, nec non Persis omnibus, viris pariter ac feminis. aliquamdiu apud parentes commoratus in Mediam revertitur, probatoque a patre coniugio Cyaxaris filiam ducit: celebratis nuptiis statim cum ea Babylonem proficiscitur.

Inde satrapas ad gentes subactas mittit, ut in Arabiam, Cappadociam, Phrygiam maiorem, Lyciam, Ioniam, Cariam, Phrygiam Hellespontiacam et Aeoliam. ad Cilices vero, Cyprios et Paphlagones satrapas non misit, eo quod ultro se ad illum contulisse videbantur: nihilominus tamen et hi tributa pensitabant. ut autem in tanta imperii amplitudine nuntii celeriter ad se perferrentur, consideravit quantum itineris equus uno die cursu conficere posset, ac tanto intervallo distincta diversoria struxit, equis et equisonibus in iis collocatis, quorum cuique praefecit virum idoneum ad recipiendas et tradendas litteras, qui et acciperet fatigatos equos et alios mitteret integros.

Anno iam elapso expeditionem suscepit, in qua omnes gentes quae ab ingressu Syriae usque ad mare rubrum incolunt subegisse fer-

B πτον καὶ καταστρέφεται καὶ αὐτήν· ὡς ἐντεῦθεν ὁρίζειν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν πρὸς ἕω μὲν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, πρὸς ἄρκτον δὲ τὸν πόντον τὸν Εὔξεινον, πρὸς δ' ἑσπέραν Κύπρον καὶ Αἴγυπτον, τὴν δ' Αἰθιοπίαν πρὸς μεσημβρίαν. αὐτὸς δ' ἐν μέσῳ τούτων πεποιημένος τὴν δίαιταν, ἐν Βαβυλῶνι μὲν μῆνας διῆγεν ἑπτὰ τὸν χρόνον δὴ τὸν χειμέριον (ἀλεεινὴ γὰρ αὕτη ἡ χώρα), τρεῖς δὲ μῆνας τοὺς ἀμφὶ τὸ ἔαρ ἐν Σούσοις, ἐν δ' Ἐκβατάνοις δύο διῆγε μῆνας τὴν τοῦ θέρους ἀκμήν.

Οὕτω δὲ ζήσας ὁ Κῦρος καὶ μάλα πρεσβύτης γενόμενος ἀφικνεῖται εἰς Πέρσας τὸ ἕβδομον, πάλαι τῶν τοκέων τετελευτηκότων αὐτῷ. καὶ κοιμωμένῳ κατὰ τὰ βασίλεια ἔδοξεν αὐτῷ κατ'
C ὄναρ τις προσελθεῖν κρείττων ἢ κατὰ ἄνθρωπον, λέγων "συσκευάζου ὦ Κῦρε· ἤδη γάρ σε μεταπέμπονται οἱ θεοί." ἐκ τούτου δ' εἴκαζεν ὅτι παρείη τοῦ βίου ἡ τελευτή, καὶ τριταῖος τοὺς παῖδας ἐκάλεσε (συνείποντο γὰρ αὐτῷ) καὶ τοὺς φίλους καὶ τὰς Περσῶν ἀρχάς, καὶ εἶπεν "ἐμοὶ μὲν τοῦ βίου τὸ τέλος ἤδη πάρεστι, δεῖ δὲ σαφηνίσαι περὶ τῆς βασιλείας τίνι ἔσται μετ' ἐμέ, ἵνα μὴ πράγματα ὑμῖν παράσχῃ γενομένη ἀμφίλογος. σὺ μὲν οὖν, ὦ Καμβύση, πρεσβύτερος ὢν τὴν βασιλείαν ἔχε, θεῶν διδόντων κἀμοῦ· σοὶ δέ, ὦ Ταναοξάρη, εἶναι σατράπῃ δίδωμι Μήδων τε
D καὶ Ἀρμενίων καὶ Καδουσίων." ταῦτα τοῖς παισὶν ἐντειλάμενος καὶ παραινέσας πολλά, καὶ προσειπὼν τοὺς παρόντας καὶ πάντας δεξιωσάμενος, συνεκαλύψατο καὶ οὕτως ἐξέλιπεν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖ-

1 αὐτῷ A Xenophon, αὐτοῦ PW. 12 κρεῖττον A. 16 ἐμοὶ A, Μοι PW. 20 σοὶ] σὺ A. ταναζάρῃ codex Colberteus.

tur; deinde Aepyptum etiam; ut eius imperium versus orientem rubro mari, versus septentrionem Ponto Euxino, ab occasu Cypro et Aegypto, versus meridiem Aethiopia terminaretur. ipse in medio constitutus septenos menses hiberno tempore ob regionis teporem Babylone degit, ternos menses vernos Susis, Ecbatanis binos aestivo tempore.

Vita igitur sic acta senex admodum in Persiam septimum venit, parentibus iam olim defunctis. ibi in regia dormienti visus est in somnis apparere vir quidam humana condicione maior, qui diceret "para te Cyre: nam dii te nunc arcessunt." unde coniiciebat sibi vitae finem instare: ac tertio die post, filiis (nam eum comitati fuerant), amicis et Persarum magistratibus arcessitis "mihi" inquit "iam vitae finis instat. est autem declarandum cui relinquam imperium, ne controversiae de eo ortae vobis negotium facessant. tu igitur, Cambyse, qui natu maior es, regnum teneto, quod tibi et a diis et a me tribuitur: te vero, Tanaoxare, satrapam constituo Medorum, Armeniorum et Cadusiorum." haec ubi filiis mandarat multaque praeceperat, affatus eos qui aderant, ac dextra porrecta omnibus, contecta facie exspiravit. eo defuncto sta-

νος ἀπῄει, εὐθὺς οἱ παῖδες αὐτοῦ ἐστασίαζον, πόλεις δὲ καὶ ἔθνη ἀφίσταντο, πάντα δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐτράπετο.

Ταῦτα μὲν οὖν τῷ Ξενοφῶντι περὶ Κύρου ἱστόρηται· ὁ δ' W I 121 Ἁλικαρνασεὺς Ἡρόδοτος ἄλλα περὶ τῆς Κύρου φησὶν ἀναγωγῆς τε καὶ τελευτῆς καὶ τῆς λοιπῆς βιοτῆς, ἃ μακρὸν ἂν εἴη διηγεῖσθαι. ἐμοὶ δ' ἐπιτομὴν ἱστορίας πεποιημένῳ οὐκ ἐπέοικε τὴν πραγματείαν θέσθαι πολύστιχον, ἀλλ' αὐτὸς μὲν τὰ πιθανώτερα ἔγραψα, ὅτῳ δ' εἰδέναι βούλημα καὶ ἅπερ Ἡρόδοτος περὶ αὐτοῦ συνεγρά- P I 169 ψατο, τὴν ἐκείνου μεταχειρισάμενος βίβλον εὑρήσει ταῦτα κατὰ τὸν πρῶτον λόγον ᾧ τὴν πρώτην τῶν Μουσῶν ἐπέγραψε τὴν Κλειώ.

LIBER QUARTUS.

1. Κῦρος μὲν οὖν οὕτω τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν καταλέλυκε. τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἑβδομηκοστῷ ὄντι ἐξότου Ἑβραῖοι εἰς Βαβυλῶνα ἐξ Ἱερουσαλὴμ μετηνέχθησαν, ἐπέτρεψε τοῖς ἐν Βαβυλῶνι οὖσιν Ἰουδαίοις ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ ἀνοικοδομῆσαι τήν τε πόλιν καὶ τὸν ναόν, ὡς ὁ προφή- B της Ἱερεμίας προανεφώνησε, καὶ πρὸ ἐκείνου ὁ Ἡσαΐας προείρηκεν. ὁ μὲν γὰρ ἦν ὅτε ἡ πόλις ἥλω καὶ ὁ ναὸς κατεσκάφη, ὁ δ'

2 πάντα] καὶ πάντα A. 3 οὖν om A. 7 θέσθαι om A. ἔγραψεν A. 10 post ἐπέγραψε PW add τῇ βίβλῳ, om A.

Fontes. *Cap.* 1. *Iosephi Ant.* 11 1 *et* 2. *Herodoti* 3 30 *et* 61—66.

tim filii seditionem moverunt, urbes ac provinciae defecerunt, et in peius ruebant omnia.

Atque haec a Xenophonte de Cyro prodita sunt: sed Herodotus Halicarnasseus alia de Cyri educatione, obitu totaque vita narrat, quae recensere prolixum fuerit. mihi vero compendium historiarum scribenti non convenit verbosum opus contexere, sed satis est ea consectari quae probabiliora videntur. cui vero etiam Herodoti de illo narrationes evolvere libet, is haec libro primo, cui Clius Musae primae titulum indidit, inveniet.

1. Cyrus igitur Assyriorum regnum sic evertit, et primo sui imperii anno, a captivitate Hebraicae gentis septuagesimo, Iudaeis qui Babylone degebant redire Hierosolyma urbemque et templum instaurare permisit, id quod propheta Hieremias praedixerat et ante illum Esaias. nam ille tum vixit cum urbs caperetur, hic ante captivitatem urbis et

Ἡσαΐας ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα πρότερον ἢν ἢ τὴν πόλιν ἁλῶναι καὶ κατασκαφῆναι τὸ ἱερόν. οὐ μόνον δ' ἐφῆκε τοῖς αἰχμαλώτοις τὴν ἐπάνοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ ἐξανάστασιν, ἀλλὰ καὶ τὰ σκεύη τὰ τοῦ ναοῦ, ἃ Ναβουχοδονόσορ εἰς Βαβυλῶνα ἐκόμισε, συνέπεμψε, παραδοὺς ταῦτα φέρειν Μιθριδάτῃ τῷ αὐτοῦ γαζοφύλακι καὶ τῷ Ζοροβάβελ. ἐπέστειλε δὲ καὶ τοῖς ἐν Συρίᾳ σατράπαις συναίρεσθαι αὐτοῖς ἐπὶ τῇ τῶν ἔργων οἰκοδομῇ, καὶ τὴν δαπάνην αὐτοὺς χορηγεῖν πᾶσαν ἐκ τῶν C βασιλικῶν χρημάτων. ταῦτα τοῦ Κύρου θεσπίσαντος ἐξώρμησαν οἱ τῶν δύο φυλῶν ἄρχοντες τῆς τε τοῦ Ἰούδα καὶ τῆς Βενιαμίτιδος, οἵ τε Λευῖται καὶ οἱ ἱερεῖς· πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Βαβυλῶνι κατέμειναν, τὰς κτήσεις καταλιπεῖν οὐχ αἱρούμενοι. παραγενομένοις δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα οἱ τοῦ Κύρου πάντες συνήργουν αὐτοῖς εἰς τὰς οἰκοδομὰς καὶ συνέπραττον. ἦσαν δ' οἱ ἐπανελθόντες μυριάδες τέσσαρες δισχίλιοί τε καὶ ἑξακόσιοι.

Ἤδη δὲ περὶ τὴν οἰκοδομὴν τῆς πόλεως σπευδόντων καὶ τοῦ ναοῦ, τὰ πέριξ ἔθνη, καὶ μάλιστα τὸ Χουθαίων, οὓς Σαλμανασὰρ μετῴκισεν εἰς Σαμάρειαν ὅτε τοὺς Ἰσραηλίτας ἐξηχμαλώτισε, φθονοῦντες, τοὺς σατράπας ἐδεξιώσαντο πρότερον μὴ ἐπαρή- D γειν τοῖς Ἰουδαίοις εἰς τὴν οἰκοδομήν. εἶτα τοῦ Κύρου τὴν ζωὴν καταλύσαντος, Καμβύσου δὲ τοῦ παιδὸς ἐκείνου τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου, γράφουσι τῷ Καμβύσῃ διαβάλλοντες τοὺς Ἑβραίους ὡς ἔθνος ἀποστατικόν τε καὶ ἀνυπότακτον, καὶ "εἰ τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν ἐκτελέσουσι" λέγοντες "οὔτε φόρους δώσουσιν οὔθ'

11 οἱ alterum om A. 13 συνηγόρουν A. 15 pro ἑξακόσιοι Iosephus τετρακόσιοι καὶ ἑξήκοντα δύο. 17 χουθαῖον A.

templi eversionem annis centum quadraginta. neque vero haec duntaxat concessit, sed et sacra vasa a Nabuchodonosore Babylonem translata per Mithridatem quaestorem suum et Zorobabelem una remisit, et Syriacis satrapis mandavit ut eis ad aedificationem adiumento essent et omnes sumptus de regia pecunia suppeditarent. his a Cyro constitutis, duarum tribuum Iudaicae et Beniamiticae principes, Levitae et sacerdotes Hierosolyma contenderunt: multi etiam Babylone manere quam suas possessiones relinquere maluerunt. quo cum pervenissent, Cyri satrapae omnes ad aedificationem eis (fuere autem quadraginta duo milia et sexcenta) adiumento fuerunt.

Iam in urbis et templi instaurationem intentis finitimae gentes, Chuthaei praesertim, quos Salmanasar captis Israelitis Samariam traduxerat, invidentes, satrapas in primis sibi conciliant ne aedificationem promoverent. deinde Cyro defuncto apud Cambysem filium et successorem eius Hebraeos ut gentem perfidam et rebellem per litteras criminantur. quod si urbem et templum perfecerint, neque tributa pensuros neque

ὑπακούσονται." ταῦτα καὶ πλείω τοιαῦτα γράψαντες ἔπεισαν αὐτὸν κωλῦσαι τὴν τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ ἀνοικοδόμησιν· καὶ ἐπεσχέθη τὰ ἔργα μέχρι τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου ἐπ' ἔτη ἐννέα. Καμβύσης γὰρ ἑπτὰ βασιλεύσας ἔτη, καὶ καταστρεψάμενος ἐν τούτοις τὴν Αἴγυπτον, ὑποστρέψας ἐν Δαμασκῷ ἐτελεύτησε, τῶν μάγων τῆς βασιλείας ἐγκρατῶν γενομένων. καλὸν δὲ καὶ τὴν περὶ τούτων διήγησιν ποιήσασθαι ἐν ἐπιτομῇ.

Τῷ Καμβύσῃ ἦν ἀδελφός, κατὰ μὲν τὸν Ξενοφῶντα Ταναοξάρης [P I 170], κατὰ δὲ τὸν Ἡρόδοτον Σμέρδης ὀνομαζόμενος. ἔδοξεν οὖν ἐν Αἰγύπτῳ τῷ Καμβύσῃ τυγχάνοντι καθ' ὕπνους τις ἐπιστὰς λέγειν ὡς ἐς τὸν βασιλικὸν καθίσας θρόνον ὁ Σμέρδης τῇ κεφαλῇ τοῦ πόλου προσψαύσειε. δείσας οὖν περὶ τῇ βασιλείᾳ, τὸν Πρηξάσπην αὐτίκα πέμπει ἐς Σοῦσα, κτενοῦντα λάθρα τὸν ἀδελφόν. καὶ ὁ μὲν οὕτω διέφθαρτο, ὁ δὲ Καμβύσης τὸ χρεὼν οὐκ ἐξέφυγε. δύο γὰρ ἦσαν ἀδελφοὶ Μῆδοι, μάγοι κεκλημένοι, ὧν τῷ μὲν Κατιζίθης τῷ δὲ Σμέρδης ἦν τὰ ὀνόματα. ὁ δὲ [W I 122] Σμέρδης οὐ τοῦ ὀνόματος ἐκοινώνει μόνον Σμέρδῃ τῷ Κύρου παιδί, ἀλλὰ καὶ τοῦ εἴδους. τούτων τὸν ἕτερον φροντιστὴν τῶν [B] ἑαυτοῦ πραγμάτων ὁ Καμβύσης ἐκέκτητο. χρονίζοντος δ' ἐν Αἰγύπτῳ αὐτοῦ, γνοὺς τὸν φόνον τοῦ Σμέρδου τοῦ τοῦ Κύρου

2 ἀνοικοδόμησιν A, ἀναδόμησιν PW: Iosephus ἀνοικοδομεῖν. 4 ἑπτὰ] Iosephus §ξ. in fine capitis ex Herodoto ἔτη ἑπτὰ ἐπὶ πέντε μησίν. 7 τὴν — 8 ἐπιτομῇ] τὰ περὶ τούτων ἐν ἐπιτομῇ διηγήσασθαι A. 10 Σμέρδις Herodotus. 14 αὐτίκα πέμπει A, παραυτίκα παραπέμπει PW. 16 Δύω PW. 17 Πατιζείθης Herodotus. 18 τῷ τοῦ κύρου A. 19 post εἴδους PW add αὐτοῦ, om A. 20 ὁ om A.

dicto audientes futuros. his et pluribus aliis scriptis ei persuaserunt ut urbis et templi instaurationem prohiberet. ita opus impeditum est usque ad secundum annum Darii regis, filii Hystaspis, per annos novem. nam Cambyses cum septem regnasset annos et Aegyptum subegisset, inde reversus Damasci obiit, regno a magis occupato. de quibus et hic breviter est dicendum.

Cambyses fratrem habuit, quem Xenophon Tanaoxarem, Herodotus Smerden appellat. visus igitur est in somnis Cambysi in Aegypto agenti quidam dicere, Smerden regio throno occupato capite caelos attingere. regno igitur metuens Prexaspem Susa mittit qui fratrem clanculum perimeret. et ille quidem ita periit, sed Cambyses fati vim non effugit. fuerunt enim duo fratres Medi, quorum alter Catizithes alter Smerdes vocabatur, professione magi. ac Smerdes non tantum nomen sed formam etiam cum Smerde Cyri filio communem habebat. alterum Cambyses suarum rerum curatorem delegerat. dum igitur rex in Aegypto moratur, Catizithes caede Smerdis, quam pauci norant, cognita, regnum

παιδὸς ὁ Κατιζίθης, καὶ ὡς ὀλίγοις ὁ ἐκείνου θάνατος ἔγνωσται, ἐπιθέσθαι τῇ βασιλείᾳ ἐσκέψατο· καὶ τὸν ἀδελφὸν ὁμωνυμοῦντα τῷ Σμέρδῃ καὶ πολλὴν πρὸς ἐκεῖνον ἐμφέρειαν ἔχοντα εἰς τὸν θρόνον ἐκάθισε τὸν βασίλειον, οὐχ ὡς οἰκεῖον ὅμαιμονα ἀλλ' ὡς τοῦ Κύρου υἱὸν καὶ τοῦ Καμβύσου ὁμόγνιον· καὶ κήρυκας διέπεμψε πανταχοῦ βασιλέα τὸν Κύρου Σμέρδην ἀγγέλλοντας. μαθὼν οὖν ταῦτα καὶ ὁ Καμβύσης τὸν Πρηξάσπην ἀνέκρινεν ὡς μὴ C πληρώσαντά οἱ τὸ κελευσθέν. ὁ δὲ διεβεβαίου μὴ τὸν ἀδελφὸν ἐπαναστῆναι αὐτῷ. "ἐκεῖνον γὰρ ἐγὼ" ἔλεγεν, "ὡς σὺ ἐνετείλω, ἔκτανόν τε καὶ ἔθαψα." συλληφθῆναι τοίνυν κελεύει Καμβύσης τὸν ἐν τῷ στρατῷ κηρύσσοντα τὸν τοῦ Κύρου Σμέρδην βασιλεῦσαι Περσῶν. καὶ συλληφθεὶς ἠρωτᾶτο εἰ αὐτὸς τὸν Σμέρδην ἑώρακε, καὶ εἰ ἐκεῖνος αὐτῷ ἐνετείλατο λέγειν ἅπερ φησίν· ὁ δὲ μὴ θεάσασθαι τὸν Σμέρδην ἀνταπεκρίνατο, παρὰ δὲ τοῦ μάγου τοῦ τῶν βασιλείων ἐπιτροπεύοντος ταῦτα λέγειν ἐπιταχθῆναι. γνοὺς οὖν ἐντεῦθεν ὁ Καμβύσης τὸ ἀληθές, ἐθρήνησε μὲν ὡς μάτην κτείνας τὸν ἀδελφόν, ὥρμησε δ' αὐτίκα κατὰ τῶν μάγων D στρατεύεσθαι. ἀναθρώσκοντι δέ οἱ ἐπὶ τὸν ἵππον τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφους ὁ μύκης ἐξέπεσε, καὶ γυμνωθὲν τὸ ξίφος παίει αὐτοῦ τὸν μηρὸν καιρίως. ἤρετο οὖν ὅπως ἡ πόλις καλοῖτο, καὶ μαθὼν ὡς Ἐκβάτανα, εἶπεν ὡς "ἐνταῦθά μοι πέπρωται τελευτᾶν." ἐκέχρηστο γὰρ αὐτῷ ἐν Ἐκβατάνοις μέλλειν θανεῖν· καὶ ὁ μὲν παρὰ τοῖς ἐν Μηδίᾳ Ἐκβατάνοις ἐδόκει πρώην τὸ τέλος αὐτὸν καταλήψεσθαι, ὁ δὲ χρησμὸς οὐκ ἐκεῖνα ἐδήλου ἀλλὰ τὰ ἐν Συρίᾳ Ἐκβάτανα.

22 ἐκέχρητο A.

invadere destinat; idque fratri, qui Smerdi et nomine et lineamentis corporis persimilis esset, tradit, non ut fratri suo sed ut Cyri filio, fratri Cambysis; et praecones passim dimittit qui Smerden Cyri filium regem proclament. ea re cognita Cambyses Prexaspem incusat ut mandata non exsecutum. qui cum affirmaret, fratrem, quem ipse et occidisset et sepelisset, ei non movere seditionem, praeconem, qui Smerden Cyri filium regem in exercitu proclamabat, comprehensum rogat num ipse Smerden viderit et num de illius mandato ista proclamet. respondet homo se Smerden non vidisse, sed iussu magi regiae magistri ea proclamare. Cambyses igitur veritate inde cognita fratrem a se temere occisum luget et bellum inferre magis parat. sed dum in equum insilit, de vagina gladii fungus decidit, et nudato gladio letaliter in femore vulneratur. illius loci nomen sciscitanti cum Ecbatana dici responsum esset, ibi fatale sibi esse mori dixit. acceperat enim oraculum se Ecbatanis moriturum; et hactenus putarat se Ecbatanis Medicis obiturum, cum oraculum de Ecbatanis Syriae locutum esset.

Ὁ μὲν οὖν μεθ᾽ ἡμέρας τινὰς τελευτᾷ ἄπαις, βασιλεύσας ἐπ᾽ ἔτη ἑπτὰ ἐπὶ πέντε μησίν, (2) ὁ δὲ μάγος τοῦ Καμβύσου θανόντος ἀδεῶς ἐβασίλευσεν, ἑαυτῷ τὸν τοῦ Κύρου Σμέρδην ἐπιγραφόμενος. καὶ πέμψας εἰς πᾶν ἔθνος ὧν ἦρχεν, ἀτέλειαν πᾶ- P I 171
σιν ἐπ᾽ ἔτη τρία ἐκήρυξεν. ἤδη δὲ μῆνας ἄρξας ἑπτά, ὅστις ἦν ἐγνώσθη. ἐγνώσθη δ᾽ οὕτως. Ὀτάνης ἦν γένει καὶ πλούτῳ Περσῶν τοῖς πρώτοις ἐνάμιλλος. τούτου θυγατέρα Καμβύσης ἔσχεν, ἣ Φαιδυμίη ἐκέκλητο. ταύτῃ καὶ ὁ μάγος ἐκέχρητο ὥσπερ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἃς εὗρεν εἰς τὰ βασίλεια. πέμψας οὖν ὁ πατὴρ ἠρώτα αὐτὴν λάθρα εἰ τῷ Κύρου Σμέρδῃ εἴθ᾽ ἑτέρῳ τινὶ συνευνάζοιτο. ἡ δὲ μήτ᾽ ἰδέσθαι τὸν Κύρου Σμέρδην ἀνταπεκρίνατο, μήτ᾽ εἰδέναι ᾧτινι συγκοιτάζοιτο. ὁ δὲ καὶ πάλιν στέλλει παρ᾽ αὐτήν, κινδυνεύειν αὐτῇ ἐντελλόμενος, εἰ δεήσειεν, ἵνα πληρώσῃ πατρικὴν ἐντολήν, καὶ ὑποτιθείς, ὁπηνίκα συγκοιμῷτο τῷ βασι- B
λεῖ καὶ ὑπνώττοντα αὐτὸν γνῷ, ψαῦσαι τῶν ὤτων αὐτοῦ, καὶ εἰ μὲν ἔχοντα ὦτα γνοίη, εἰδέναι ὡς τῷ Κύρου Σμέρδῃ συγγίνεται, εἰ δὲ μὴ ἔχοι, τὸν μάγον Σμέρδην αὐτὸν νομίζειν. πείθεται τῷ πατρὶ ἡ Φαιδυμίη, καὶ γνοῦσα τὸν αὐτῇ συγγινόμενον ὦτα μὴ ἔχοντα, ἐσήμηνε τῷ πατρί. οὐκ εἶχε δ᾽ ὦτα ὅτι ὁ Κῦρός ποτε ταῦτα δι᾽ ἁμάρτημά τι ἀπέτεμεν. ὁ δὲ Ὀτάνης Ἀσπαθίνῃ καὶ Γωβρύᾳ πρωτεύουσι τῶν Περσῶν καὶ αὐτῷ φιλουμένοις κοινοῦται

3 ἐβασίλευεν A. 8 Φαιδίμη vel Φαιδύμη Herodotus. 10 λάθρα αὐτὴν A. τῷ τοῦ κύρου A. 17 δὲ om A. 19 ταῦτα ποτὲ A. 20 ἀσπαθάνῃ A: Wolfii codices ἀποθάνῃ. p. 308 v. 4 ad Ἀσπαθίνης nihil notatum ex A.

Fontes. *Cap.* 2. *Herodoti* 3 67 — 79.

Ita post aliquot dies moritur Cambyses orbus liberis, cum annos septem et quinque menses regnasset: (2) magus autem eo mortuo securus tenebat imperium, usurpans Smerdis Cyri filii nomen: et missis in omnes provincias legatis, triennii immunitatem proclamat. cum autem iam menses septem regnasset, hoc modo est agnitus. Otanes nobilitate et opibus Persicorum principum nullo inferior filiam habebat Phaedymiam Cambysi nuptam. eadem magus, ut et caeteris regiis concubinis, utebatur. ab ea pater clam per internuntium quaerit num cum Smerde Cyri filio concumbat. illa respondet se nec vidisse Cyri Smerden neque scire quis sit is cum quo dormiat. pater denuo ad eam mittit, ut suum mandatum vel cum periculo exsequatur si sit opus; ac monet ut, quando cum rege dormiat, eius dormientis aures contrectet. nam si habeat aures, sciendum eam cum Smerde Cyri filio concumbere; sin minus, magum Smerden existimandum esse. paret Phaedymia patri, eumque carere auribus, qui rem secum haberet, patri significat. praeciderat autem ei Cyrus aures ob delictum quoddam. Otanes arcanum illud cum amicis Aspathine et Gobrya Persarum principibus communicat: qui cum idem

δὴ τὸ ἀπόρρητον. οἱ δὲ καὶ πρώην ἐν ὑποψίᾳ ὄντες τοῦ πράγμα-
C τος, εὐθὺς τοὺς λόγους ἐδέξαντο. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς καὶ ἑτέ-
ρους προσεταιρίσασθαι. καὶ Ὀτάνης μὲν ἐπάγεται Ἰνταφέρνην,
Γωβρύας δὲ Μεγάβυζον, Ὑδάρνην δὲ Ἀσπαθίνης· καὶ Δαρείῳ
W I 123 δὲ τῷ Ὑστάσπου υἱῷ ἄρτι πρὸς Σοῦσα ἐκ Περσίδος ἐλθόντι τὸ
ἀπόρρητον ἐκοινώσαντο. ὁ δὲ καὶ ἐδέξατο τὸν λόγον, καὶ πρὸς
τὴν πρᾶξιν αὐτίκα ὁρμᾶν συνεβούλευεν, ἢ τῆς παρούσης ἡμέρας
διακενῆς παρερχομένης αὐτὸς ἔλεγε γενέσθαι τῷ μάγῳ μηνυτὴς
τῆς ἐπιβουλῆς. ἐπείσθησαν τῇ συμβουλῇ τοῦ Δαρείου καὶ οἱ
λοιποί, καὶ τοῦ ἔργου εἴχοντο.

Συνέβη δέ τι καὶ ἕτερον ὃ ἐπισπεῦσαι αὐτοὺς ἠρέθισε τὴν
ἐγχείρησιν. εἰδότες γὰρ οἱ μάγοι ὅτι Πρηξάσπης ἐχειρούργησε
D τὸν Σμέρδου φόνον τοῦ Κύρου παιδός, καὶ ὅτι διὰ τοῦτο καὶ ἐν
αἰτίᾳ τοῖς Πέρσαις ἐστίν, προσκαλεσάμενοι αὐτὸν φίλον τε ἐποι-
οῦντο καὶ ὅρκοις προκατελάμβανον καὶ λαμπραῖς ὑποσχέσεσι μή
τινι αὐτῶν ἐκφῆναι τὸ σόφισμα. καταθεμένου δ' ἐκείνου ποιή-
σειν ταῦτα, προσεπῆγον συγκαλέσειν τὸ πλῆθος ὑπὸ τὸ τεῖχος τῶν
βασιλείων, αὐτὸν δ' ἐπὶ πύργον ἀναβάντα εἰς ἐπήκοον πᾶσιν ἐκ-
βοῆσαι, ὡς ὑπὸ Σμέρδου τοῦ Κύρου υἱέος, οὐχ ὑφ' ἑτέρου δὲ
βασιλεύονται· φείσασθαι γὰρ αὐτοῦ, καὶ μὴ κτεῖναι αὐτὸν ὡς ὁ
Καμβύσης αὐτῷ ἐνετείλατο. συνθεμένου δὲ καὶ ταῦτα ποιήσειν,
συνῆκτο μὲν τὸ πλῆθος, Πρηξάσπης δὲ ἐπὶ τὸν πύργον ἀνῄει,
P I 172 καὶ ἔλεξεν ὅσα τοῖς Πέρσαις ἀγαθὰ παρὰ Κύρου γεγόνασι, προ-

2 ἑταίρους A. 3 ὑπάγεται A. 4 ὀρδάνην A. 10 τοῦ om A. 13 τοῦ σμέρδου τὸν φόνον A. 18 ἅπασιν A. 22 τὸν om A.

prius essent suspicati, statim fidem habent. statuunt igitur alios quoque sibi adiungere: Otanes Intaphernem adsciscit, Gobryas Megabyxum, Aspathines Hydarnem: Darium quoque Hystaspis filium, qui recens ex Perside Susa pervenerat, secreti participem faciunt. qui cum rem cupide audivisset, eius statim aggrediendae fit auctor: quod si vel illum diem ignavum elabi paterentur, se insidias mago indicaturum. consilio eius et caeteri assensi negotium capessunt.

Sed et alia conatus maturandi causa inciderat. cum enim scirent magi Prexaspem Smerdis Cyri filii perpetrasse caedem atque ob id facinus male audire a Persis, amicitia cum eo inita magnaque polliciti iureiurando hominem obstrinxerant ne cui commentum illud detegeret. quae cum ille promisisset, subiunxerunt se advocaturos populum ad moenia regiae: ei, turri conscensa, proclamandum omnibus exaudientibus, Smerden Cyri filium et non alium esse regem: nam se illi pepercisse, nec occidisse ut Cambyses iussisset. cum et haec promisisset, convocatur populus: Prexaspes turrim conscendit, beneficia a Cyro in Persas

σετίθει δὲ ὡς τὸν ἐκείνου παῖδα τὸν Σμέρδην αὐτὸς ἀνέλοι, τοῦ Καμβύσου βιάσαντος· τοὺς μάγους δὲ τὴν βασιλείαν ἔχειν ἐπληροφόρει, καὶ ἐπηρᾶτο Πέρσαις εἰ μὴ αὐτοὺς τίσαιντο. ταῦτα εἰπὼν ἑαυτὸν κατεκρήμνισε καὶ ἀπέθανεν.

Οἱ δὲ ἑπτὰ ἄνδρες ἐν τῇ ὁδῷ τὰ κατὰ τὸν Πρηξάσπην μαθόντες ὥρμησαν εὐθὺς ἐπὶ τὰ βασίλεια καὶ εἰσῄεσαν, παρὰ τῶν φυλάκων μὴ κωλυόμενοι· ᾐδοῦντο γὰρ τὴν ὑπεροχὴν τῶν ἀνδρῶν. παρελθόντες δ' εἰς τὴν αὐλὴν ἐνέτυχον τοῖς ἀγγελιαφόροις εὐνούχοις, οἳ σφᾶς ἠρώτων ὅτου χρῄζοντες ἥκοιεν, ἐκώλυόν τε προσωτέρω ἰέναι. οἱ δὲ τοὺς μὲν ἐκεῖ διεχρήσαντο, αὐτοὶ δὲ δρομαίως εἰσῄεσαν. οἱ μάγοι δ' ὄντες ἐντός, καὶ τῶν εὐνούχων γνόντες τὸν θόρυβον, ἐτράποντο πρὸς ἀλκήν, καὶ ὁ μὲν τὴν αἰχμὴν ὁ δὲ τὸ B *τόξον μετεχειρίσαντο. καὶ θάτερος μὲν τῇ αἰχμῇ Ἀσπαθίνην παίει κατὰ μηρόν, τὸν δ' Ἰνταφέρνην κατ' ὄψιν, ὅθεν ἐκεῖνος ἐβλάβη τὸν ὀφθαλμόν· τὰ τόξα δ' ἦν ἄπρακτα, χερσὶν ἐγγύθεν αὐτοῖς χρωμένοις. καὶ ὁ ταῦτα κατέχων εἰσέδυ πρὸς θάλαμον, συνεισπίπτουσι δ' αὐτῷ Γωβρύας τε καὶ Δαρεῖος. καὶ ὁ μὲν συνεπλάκη τῷ μάγῳ, Δαρεῖος δὲ ἀπορῶν διὰ σκότος καὶ δεδιὼς μὴ τὸν ἑταῖρον πλήξῃ, ἵστατο ἄπρακτος. Γωβρύας δὲ ἤρετο ὅτου χάριν ἀργὸς ἵσταται· ὁ δ' εἶπε τὸ αἴτιον· καὶ ὅς "ὤθει τὸ ξίφος καὶ δι' ἀμφοῖν" ἔφησε. καὶ ὁ Δαρεῖος ὦσε τὸ ἐγχειρίδιον, καὶ τοῦ μάγου ἐπέτυχε. κτείναντες οὖν καὶ τὸν ἕτερον οἱ λοιποὶ ἔτεμον τὰς κεφαλὰς καὶ ἀμφοῖν, καὶ τοὺς μὲν δύο τοὺς τραυματίας αὐτῶν διά τε τὰ τραύματα καὶ τὴν τῆς ἀκροπόλεως φυλακὴν κα-* C

1 *ἀνέλη* A. 6 *ἐπὶ*] *περὶ* A. 10 *διεχειρίσαντο* A. 13 *ἀσπαθάνην* A. 17 *δαρεῖος τὲ καὶ γωβρύας* A. 23 *μὲν* om A.

collata commemorat: filium eius Smerden se a Cambyse coactum occidisse, magos tenere imperium affirmat: Persas exsecratur si id facinus inultum sinant. his dictis se de turri praecipitavit ac mortuus est.

Septem igitur illi ea re audita statim ad regiam feruntur, non prohibentibus custodibus, dignitatem eorum reveritis. progressi in aulam in eunuchos qui nuntios ultro citroque perferebant incidunt. eos, rogati quid venirent et ulteriore progressu prohibiti, occidunt, et propere ingrediuntur. magi, qui intus eunuchorum tumultum cognorant, ad vim propulsandam se parant: atque alter, qui hastam arripuerat, Aspathinem in femore, Intaphernem in facie vulnerat, unde laesus ei est oculus: alteri arcus fuit inutilis, cum res cominus gereretur. itaque in thalamum se proripit: insequuntur Gobryas et Darius: ille magum amplectitur, hic veritus ne amicum in tenebris interficeret adstat otiosus. ob eam rem a Gobrya obiurgatus et vel utrumque traiicere iussus, pugione magum ferit. caeteri etiam altero occiso capita utriusque amputant, eaque ferentes, relictis duobus tum ob vulnera tum ad regiae cu-

τέλιπον ἐν αὐτῇ, οἱ δὲ λοιποὶ τὰς κεφαλὰς ἐπιφερόμενοι τῶν μάγων ἐξέθεον καὶ Πέρσαις ταύτας ἐδείκνυον καὶ ἐξηγοῦντο τὸ γεγονός. οἱ δὲ τὴν ἀπάτην μαθόντες ἔκτεινον ᾧ ἂν τῶν μάγων ἐνέτυχον.

3. Ἐπεὶ δὲ κατέστη ὁ θόρυβος καὶ ἤδη τινὲς ἡμέραι παρῆλθοσαν, ἐβουλεύοντο περὶ τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας. καὶ Ὀτάνης μὲν δημοκρατίαν ἑλέσθαι παρῄνει, ἀριστοκρατίαν δὲ ὁ
D Μεγάβυζος, ὁ δέ γε Δαρεῖος βασιλείαν καὶ αὖθις αἱρήσεσθαι συνεβούλευε. συνέθεντο οὖν τῇ τούτου γνώμῃ καὶ οἱ τέσσαρες οἱ λοιποί· καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιβῆναι τῶν ἵππων, καὶ ὅτου ἂν ὁ ἵππος ἡλίου ἀνατείλαντος χρεμετίσῃ ἐν τῷ προαστείῳ γενομένων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασιλείαν. Δαρεῖος δὲ τὴν βουλὴν τῷ ἱπποκόμῳ αὐτοῦ ἐξηγήσατο. ἦν δὲ σοφὸς ὁ ἀνὴρ καὶ "θάρρει ὦ δέσποτα" ἔφη "ὡς σὴ ἔσται ἡ βασιλεία." γενομένης οὖν νυκτὸς θήλειαν
W Γ 124 ἵππον λαβὼν ἣν ὁ Δαρείου ἔστεργεν ἵππος, καὶ δήσας εἰς τὸ προάστειον, ἐπήγαγε τὸν ἵππον καὶ περιῆγεν αὐτὸν ἀγχοῦ τῇ θηλείᾳ, καὶ τέλος ἐφῆκεν ὀχεῦσαι τὴν ἵππον. ἕωθεν δὲ τῶν ἑπτὰ
P I 173 παραγενομένων εἰς τὸ προάστειον καὶ διεξελαυνόντων ἐν αὐτῷ, ὡς ἐκεῖ γεγόνασιν ἔνθαπερ ἡ θήλεια ἵππος ἐδέδετο, εἰς μνήμην ταύτης ὁ Δαρείου ἵππος ἰὼν ἐχρεμέτισεν· κἀκ τούτου τῷ Δαρείῳ ἡ βασιλεία προσγέγονεν. οἱ μὲν οὖν τοῦτό φασι μηχανήσασθαι τὸν Οἰβάρεα (τοῦτο γὰρ τῷ τοῦ Δαρείου ἱπποκόμῳ ὄνομα ἦν), οἱ

1 οἱ λοιποὶ δὲ A. 2 ταῦτα A. 7 δημοκρατίαν et mox ἀριστοκρατίαν A, — τείαν PW. 11 χρεμετίσει A. 19 ἐκεῖσε A.

Fontes. *Cap.* 3. *Herodoti* 3 80—87. *Iosephi Ant.* 11 3 § 1—§ 8.

stodiam, excurrunt, caesorum capita Persis ostendunt, rem gestam narrant. illi fraude intellecta magos omnes obvios occidunt.

3. Sopito tumultu post aliquot dies de componendis rebus deliberant. Otanes democratiam instituendam, Megabyzus aristocratiam, Darius iterum eligendum esse regem censet. cuius sententiae et caeteri quattuor principes suffragati, decrevere conscendendos esse equos, et cuius equus exorto sole cum in suburbium pervenerint primus hinnierit, eius esse regnum. id decretum Darius suo equisoni aperit: qui cum vir prudens esset, bono animo dominum esse iubet, eius enim regnum fore. noctu equam a Darii equo adamatam in suburbio alligat, equum prope illam adducit ac denique ad coitum admittit. mane cum septemviri in suburbium convenissent, quaque equa alligata fuerat transirent, Darii equus illius recordatus hinniit: itaque Darius regno potitus est. nonnulli igitur Darii equisonem Oebarem hoc machinatum esse ferunt, alii

δ' ἑτεροῖον εἶναί φασι τὸ τούτου μηχάνημα. τῆς γὰρ ἵππου ἐκείνης, ἣν ὁ Δαρείου ἵππος ἐφίλει, τῶν ἄρθρων ἐπιψαῦσαι τῇ χειρί, καὶ τὴν χεῖρα κρύπτειν ἐν τῇ ἀναξυρίδι. ἤδη δὲ τοῦ ἡλίου ἀνίσχοντος, καὶ τοὺς ἵππους ἀναβαινόντων τῶν ἑπτὰ ἐκείνων ἀνδρῶν, προσαγαγεῖν αὐτὸν τὴν χεῖρα τοῖς τοῦ ἵππου τοῦ Δαρείου μυκτῆρσι, καὶ τὸν αὐτίκα αἰσθόμενον φριμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι. εἴτ' οὖν οὕτως εἴτ' ἐκείνως ὁ Δαρεῖος τῆς βασιλείας ἐπέ- B *τυχεν.*

Οὗτος οὖν ἰδιώτης ὢν ηὔξατο τῷ θεῷ, εἰ γένοιτο βασιλεύς, πάντα τὰ σκεύη τοῦ θεοῦ ὅσα ἦν ἔτι ἐν Βαβυλῶνι πέμψειν εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναόν. ἦν δὲ αὐτῷ πάλαι καὶ πρὸς τὸν Ζοροβάβελ φιλία, δι' ἣν καὶ σωματοφυλακεῖν μεθ' ἑτέρων δύο ἠξίωτο ἄρτι ἐξ Ἱεροσολύμων πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενος. τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας πότον τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ Δαρεῖος ἡτοίμασεν· ὡς δ' εὐωχηθέντες ἀνέλυσαν, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῇ κοίτῃ κατέδαρθε. μικρὸν οὖν ὑπνώσας ἀφύπνωσε καὶ μετὰ τῶν σωματοφυλάκων ὡμίλει. καὶ τούτων ἑκάστῳ ἀγῶνα λόγου C *προτίθησι· τῷ πρώτῳ μὲν εἰ ὁ οἶνος πάντων κρατεῖ, τῷ δευτέρῳ δὲ εἰ οἱ βασιλεις, τῷ δέ γε λοιπῷ (οὗτος δ' ὁ Ζοροβάβελ ἦν) εἰ αἱ γυναῖκες καὶ αὐτῶν ἡ ἀλήθεια· καὶ τῷ νικήσοντι γέρας δώσειν ὑπέσχετο νικητήριον, πορφύραν φορεῖν καὶ κίδαριν βυσσίνην καὶ περιαυχένιον χρύσεον, καὶ ἐν ἐκπώμασι πίνειν χρυσοῖς καὶ ἐπὶ χρυσίου καθεύδειν καὶ ἅρμα χρυσοχάλινον ἔχειν καὶ*

2 ψαῦσαι A; Herodotus ἐπιψαύσας. 15 ἐποίησεν, in mg. γρ ἑτοίμασε, A. ἐπὶ] παρὰ A. 20 νικήσοντι A, νικήσαντι PW.

diversum quiddam tradunt. nam equae a Darii equo adamatae genitalia contrectasse manu, eaque intra subligaculum condita, cum sole iam oriente septemviri equos conscenderent, Darii equi nares palpasse; qui percepto odore statim cum fremitu hinnierit. hoc sive ita sive aliter factum fuerit, regno certe potitus est Darius.

Hic privatus adhuc votum fecerat deo, si rex esset factus, se vasa reliqua quae adhuc Babylone essent omnia in templum Hierosolymitanum remissurum esse. et quia vetustate amicitiae cum Zorobabele coniunctus erat, eum recens Hierosolymis profectum cum aliis duobus ad custodiam sui corporis adhibuerat. cum autem primo sui regni anno convivio magnates excepisset, ac post eorum abitum parum in lectulo dormisset, experrectus cum suis custodibus colloquitur et singulis singulas quaestiones proponit: primo an vinum omnia vincat, alteri an rex, tertio (is Zorobabel fuit) an mulieres, easque veritas: pollicitus victori praemia, ut purpuram, cidarim byssinam et torquem aureum gestaret, ac potestatem haberet ex auro bibendi et in lecto aureo dormiendi et

μετ' αὐτὸν προεδρεύειν καὶ συγγενῆ καλεῖσθαι αὐτοῦ. ὄρθρου τοίνυν τοὺς μεγιστᾶνας μεταπεμψάμενος, τῶν σωματοφυλάκων ἕκαστον ἐκέλευσε περὶ τοῦ προβλήματος ἀποφαίνεσθαι. καὶ ὁ μὲν τὴν ἰσχὺν ἐξῆρε τοῦ οἴνου ὡς τὴν τῶν καταχρωμένων ἀπα- D τῶντος διάνοιαν καὶ τὰς τῶν ψυχῶν διαθέσεις μεταποιοῦντος καὶ ἄλλους ἐξ ἄλλων ἐργαζομένου τοὺς οἰνωθέντας· ὁ δὲ τὸν βασιλέα πάντων ὑπερισχύειν ἐφιλοσόφησεν, ὡς τῶν ἀνθρώπων κρατούντων τῶν ἄλλων ἁπάντων διὰ σοφίας, τούτων δ' αὖ οἷς ἅπαντα ὑποτάσσεται κυριευόντων τῶν βασιλέων. ὁ δέ γε Ζοροβάβελ τὰς γυναῖκας κρειττονεύειν τὴν ἰσχὺν ἀπεφήνατο, ὡς καὶ τῶν βασιλέων δι' αὐτῶν γενομένων καὶ τῶν τὰς ἀμπέλους φυτευόντων, καὶ πάντων αὐτὰς γονέων τε προτιμώντων καὶ τῶν πατρίδων καὶ τῶν φιλτάτων αὐτῶν· καὶ τῶν βασιλέων δ' αὐτῶν κρατεῖν τὰς γυναῖκας κολακευόντων αὐτὰς καὶ ταπεινουμένων εἰ κατά τι δυσχεραινούσας γνοῖεν αὐτάς· μᾶλλον δὲ τούτων δύνασθαι τὴν ἀλήθειαν, P I 174 ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς ἀληθής ἐστι καὶ οὕτω καλεῖται, καὶ τὰ μὲν ἄλλα θνητά, ἀθάνατον δὲ χρῆμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια καὶ ἀΐδιον. πάντων δὲ τῇ γνώμῃ τούτου θεμένων ὡς ἄριστα περὶ τῆς ἀληθείας φιλοσοφήσαντος, ὁ Δαρεῖος αἰτήσασθαι ὃ βούλεται πάρεξ τῶν ὑπεσχημένων ἐπέτρεψεν. ὁ δὲ τῆς εὐχῆς αὐτὸν ἀνέμνησεν, ἥν, εἰ λάβοι τὴν βασιλείαν, πεποίητο. αὕτη δὲ ἦν, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις τοῦ θεοῦ κατασκευάσαι ναόν, ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ τὰ σκεύη ὅσα

2 σωματοφυλάκων] μεγιστάνων A. 3 ἐκέλευσε A Iosephus, ἐκέλευε PW. 4 ἀπαντῶντος A. 6 ἄλλων] ἄλλον A. 7 ὑπερισχύειν A, ὑπερέχειν PW. 11 γεννωμένων W. post ἀμπέλους PW add δὲ, om A.

curru aureis frenis vehendi, utque proximum a se locum teneret et suus cognatus vocaretur. mane proceribus arcessitis quemque satellitum quaestionem suam declarare iubet. primus igitur vini potentiam extollit, quod animos abutentium deciperet, affectus mutaret et ebrios variis modis transformaret. alter regem praestare omnibus disputat, cum homines ob sapientiam caeteris omnibus antecellant, iis autem, quibus alia pareant, reges imperent. at Zorobabel maius esse robur mulierum asserit; nam ex eis et reges nasci et vinitores: eas ab omnibus et parentibus et patriae et carissimis quibusque anteponi: eas ipsis regibus imperare, qui se submittant et adulentur si quid illas aegre ferre cognorint. sed veritatem tamen potentiorem esse mulieribus; ipsum enim deum veracem et esse et perhiberi; cumque caetera caduca sint, veritatem esse immortalem et aeternam. in huius sententiam cum ivissent omnes, ut qui de veritate rectissime disseruisset, Darius ei permisit ut praeter promissa praemia quidvis etiam postularet. at ille regem admonet quemadmodum vovisset, si regno potiretur, se et templum Hierosolymitanum

ἔτι ἐν Βαβυλῶνι περιελέλειπτο. καὶ "τοῦτο" ἔφη "τὸ αἴτημα τὸ ἐμόν." ἡσθεὶς δ' ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς γράφει τοῖς σατράπαις B κέδρινα ξύλα χορηγεῖν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ, καὶ συγκατασκευάζειν τὴν πόλιν τῷ Ζοροβάβελ, καὶ πάντας τοὺς εἰς τὴν Ἰου- W I 125 δαίαν ἀπελθόντας αἰχμαλώτους τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐλευθέρους εἶναι καὶ ἀτελεῖς, καὶ τάλαντα δοθῆναι πεντήκοντα εἰς τὴν ἀνέγερσιν τοῦ ναοῦ. καὶ τὰ σκεύη δὲ πάντα ὅσα ἔτι ἦν παρ' αὐτῷ ἔπεμψε· καὶ ὅσα Κῦρος περὶ τῶν Ἰουδαίων ἐθέσπισε, ταῦτα καὶ Δαρεῖος προσδιετάξατο.

4. Ἧκεν οὖν τούτων γεγονότων εἰς Βαβυλῶνα ὁ Ζοροβάβελ καὶ τοῖς ὁμοφύλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως εὐηγγελίσατο· καὶ ὅσοι προτεθύμηντο ἐπανελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀπῄεσαν. τὸ δὲ C κεφάλαιον τῶν ἀπιόντων ἦν μυριάδες τετρακόσιαι ἑξήκοντα δύο καὶ ὀκτακισχίλιοι, ἄτερ Λευιτῶν τε καὶ πυλωρῶν καὶ δούλων ἱερῶν καὶ θεραπόντων οἳ τοῖς ἀναβαίνουσιν εἵποντο. ἡγεμὼν δὲ τούτων ἦν ὁ Ζοροβάβελ, Σαλαθιὴλ παῖς ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἀπόγονος τοῦ Δαβίδ, καὶ Ἰησοῦς υἱὸς Ἰωσεδὲκ τοῦ ἀρχιερέως· πρὸς τούτοις δὲ Μαρδοχαῖος καὶ Σερὲβ ἐκ τοῦ πλήθους κεχρισμένοι ἄρχοντες ἦσαν. ἀπελθόντες δ' εἰς Ἱεροσόλυμα ἔθυσαν καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἀπήρξαντο τοῦ ναοῦ. καὶ ὁ μὲν ναὸς θᾶττον ἔλαβε τέλος· ἀπαρτισθέντος δ' ἤδη τοῦ ἱεροῦ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ D

4 τὴν prius om A. 6 τὴν om A. 7 ἔτι add A. 12 ἐπανελθεῖν] ἐλθεῖν A. τὸ κεφάλαιον δὲ A. 16 ὁ add A. 18 σερὲβ A, Γερὲβ PW: Iosephus Σερεβαῖος. κεκριμένοι et κεχρισμένοι Iosephi codices. 21 οἱ alterum om A.

Fontes. *Cap.* 4. *Iosephi Ant.* 11 3 § 9 — 4 § 9.

instauraturum et vasa quae Babylone reliqua essent remissurum; et "haec" inquit "peto." his rex delectatus scribit ad satrapas ut cedrina ligna praebeant ad templi structuram et ad urbis instaurationem Zorobabeli sint adiumento, omnes Israelitas qui in Iudaeam abeant libertate et immunitate donat, ad templum instaurandum quinquaginta talenta largitur, vasa quae adhuc penes ipsum erant mittit, et quaecunque Cyrus de Iudaeis promulgarat eadem et ipse confirmat.

4. His peractis Zorobabel Babylonem proficiscitur, et popularibus suis laetum affert de regis benignitate nuntium. quibus igitur cordi erat reditus, ii Hierosolyma se conferunt; quorum summa fuit myriades 462 et milia 8 absque Levitis et ianitoribus et sacris servis ac ministris qui reducem populum sequebantur. horum dux fuit Zorobabel Salathielis filius ex tribu Iudaica et Davidis posteritate, et Iesus Iosedeci pontificis filius: praeter hos et Mardochaeus et Serebus magistratus uncti e populo. urbem ingressi victimis immolatis templi aedificationem auspi-

Λευῖται καὶ οἱ Ἀσὰφ παῖδες ὕμνουν τὸν θεόν. τῶν δὲ πατριῶν οἱ πρεσβύτεροι τὸν πρὶν ναὸν ταῖς μνήμαις ἀναπολοῦντες, καὶ τὸν ἄρτι γεγενημένον ἐνδεέστερον ὁρῶντες τοῦ πάλαι, εἰς δάκρυα καὶ θρήνους προήγοντο, καὶ ἡ τούτων οἰμωγὴ ὑπερεφώνει τὴν τῶν σαλπίγγων ἠχήν.

Προσίασι δ' οἱ Σαμαρεῖται τῷ Ζοροβάβελ ἔτι τοῦ ναοῦ ἀνεγειρομένου, ἀξιοῦντες συγκοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ. ὁ δὲ τῆς μὲν οἰκοδομῆς αὐτοὺς μετασχεῖν οὐ προσήκατο, προσκυνεῖν δ' ἐν τῷ ναῷ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐφιέναι. πρὸς ταῦτα οἱ Σαμαρεῖται ἠχθέσθησαν, καὶ πείθουσι τὰ ἐν Συρίᾳ ἔθνη δεηθῆναι τῶν σατραπῶν ἐπισχεῖν τοῦ ναοῦ τὴν ἀνέγερσιν. ἀναβάντες
P I 175 *δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα οἱ Συρίας ἐπάρχοντες καὶ Φοινίκης ἠρώτων τίνος συγχωρήσαντος ὡς φρούριον τὸν ναὸν ἀνεγείρουσι καὶ τῇ πόλει τείχη σφόδρα περιβάλλουσιν ἰσχυρά. Ζοροβάβελ δὲ καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἰησοῦς ἐκ Κύρου πρῶτον ἐπιτραπῆναι τὴν οἰκοδομὴν ἔφασαν, εἶτ' αὖθις ἐκ τοῦ Δαρείου. οἱ δ' ἔπαρχοι τῶν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης χωρῶν τὴν μὲν τῶν ἔργων οἰκοδομὴν ἐπισχεῖν οὐκ ἔκριναν, Δαρείῳ δὲ παραχρῆμα ἔγραψαν. τῶν δὲ Ἰουδαίων κατεπτηχότων μὴ μεταδόξῃ τῷ βασιλεῖ περὶ ὧν ᾠκονόμησεν, Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας οἱ προφῆται θαρρεῖν αὐτοὺς παρώρ-*
B *μων καὶ μηδὲν ὑφορᾶσθαι ἀβούλητον. πιστεύοντες οὖν τοῖς προφήταις ἐντεταμένως εἴχοντο τῆς οἰκοδομῆς. Δαρεῖος δὲ τὰς ἐπιστολὰς δεξάμενος καὶ τὰς τῶν Σαμαρειτῶν κατηγορίας, ὅτι τὴν*

9 *τῷ ναῷ* A, *αὐτῷ* PW.

cantur, eaque celeriter absoluta sacerdotes, Levitae et Asaphi liberi deum celebrant. tribuum vero seniores, repetita prioris templi magnificentia, quod recens illud longe inferius esse cernerent, ita illacrimant atque lugent, ut eorum eiulatus sonum tubarum superaret.

Dum templum conditur Samaritani Zorobabelem adeunt petentes se in structurae societatem admitti. id ille recusat: caeterum ea absoluta si in templo adorare velint, licere. ea repulsa homines irritati Syriae gentibus auctores sunt petendi a satrapis ut templi aedificationem prohibeant. itaque praesides Syriae et Phoeniciae Hierosolyma profecti rogant, cuius concessu templum instar castelli aedificent et urbem muris fortissimis cingant. Zorobabel et pontifex Iesus id primum a Cyro, deinde a Dario etiam permissum esse respondent. quo illi audito non impedienda opera censuerunt, sed Dario statim scripserunt. Iudaeos autem perterritos ac metuentes ne regem liberalitatis suae paeniteret, Aggaeus et Zacharias prophetae bonis animis esse iubent, neque molesti quidquam suspicari. igitur prophetis freti continenter instant operi. Darius autem litteris et Samaritanorum accusationibus acceptis quod

τε πόλιν ὀχυροῦσιν Ἰουδαῖοι καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομοῦσιν ὡς φρούριον, καὶ ὅτι Καμβύσης τὴν τούτων ἐκώλυσεν οἰκοδομήν, προσέταξεν ἐν τοῖς βασιλικοῖς ὑπομνήμασι ζητηθῆναι τὰ περὶ τούτου. καὶ εὑρέθη ἐν Ἐκβατάνοις τῇ βάρει τῇ ἐν Μηδίᾳ γεγραμμένον ὡς τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας Κῦρος ἐκέλευσε τὸν ναὸν οἰκοδομηθῆναι τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην ἐκ τῶν βασιλικῶν διετάξατο γίνεσθαι, καὶ τὰ C
τοῦ ναοῦ σκεύη ἀποδοθῆναι, καὶ συλλαβέσθαι πρὸς τὸ ἔργον τοῖς ἐκεῖσε ἄρχουσιν ἐκέλευσε καὶ τελεῖν τοῖς Ἰουδαίοις εἰς θυσίαν ταύρους καὶ κριοὺς καὶ ἄρνας καὶ ἐρίφους σεμίδαλίν τε καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον. ταῦτα ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Δαρεῖος εὑρὼν ἀντέγραψε τοῖς ἐπεσταλκόσι "τὸ ἀντίγραφον ὑμῖν τῆς ἐπιστολῆς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εὑρὼν τοῖς Κύρου ἀπέσταλκα, καὶ βούλομαι γενέσθαι πάντα ὡς περιέχει αὐτή. ἔρρωσθε." γνόντες δὲ τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν οἱ τῶν χωρῶν ἐκείνων ἐπιτροπεύοντες συνήργουν τοῖς Ἰουδαίοις. καὶ ᾠκοδομήθη ἐν ἔτεσιν ἑπτὰ ὁ ναός, καὶ ἔθυσαν οἱ Ἰσραηλῖται θυσίας ἀνανεωτικὰς τῶν προτέρων ἀγαθῶν. D W I 126
τῆς δὲ τῶν ἀζύμων ἑορτῆς ἐνστάσης συνερρύη πᾶς ὁ λαὸς ἐκ τῶν κωμῶν εἰς τὴν πόλιν, καὶ τὴν ἑορτὴν ἤγαγον, καὶ τὴν πάσχα προσαγορευομένην θυσίαν ἐτέλεσαν.

Κατῴκησαν δ' ἐν Ἱεροσολύμοις πολιτείᾳ χρώμενοι ἀριστοκρατικῇ μετὰ ὀλιγαρχίας. οἱ γὰρ ἱερεῖς προειστήκεσαν τῶν πρα-

4 τῇ βάρει] cf. Iosephi Ant. 10 11 7. γεγραμμένα A. 12 ἐσταλκόσι A. 13 τοῖς] τοῦ A. 14 αὐτὴ περιέχει A. 19 καὶ prius] καὶ εἰς A. καὶ τὸ πάσχα A.

Iudaei urbem munirent et templum castelli instar exstruerent cum eorum aedificatio a Cambyse prohibita fuerit, haec in regiis commentariis inquiri iubet. atque inventum est Ecbatanis Mediae in turri scriptum, Cyrum anno regni sui primo iussisse templum et sacrarium Hierosolymitanum exstrui et sumptus ad eam rem ex regia suppeditari, templique vasa restitui, et vicinos praetores opus illud adiuvare et Iudaeis ad sacrificia pendere tauros arietes agnos et haedos, similamque, vinum et oleum. haec Darius cum in commentariis invenisset, praesidibus in hanc sententiam rescripsit "exemplum vobis mandati Cyri in commentariis repertum mitto, atque omnino id fieri volo quod illo continetur. valete." regis voluntate cognita, provinciarum illarum praetoribus Iudaeos adiutantibus, temploque annis septem absoluto, Israelitae victimas immolarunt pristinorum bonorum renovatrices. in festo Azymorum omnes e pagis in urbem confluxerunt, peractoque sacrificio quod pascha dicitur festivitatem concelebrarunt.

Qui Hierosolymis consederant, formam rei publicae tenuerunt ex optimatium et paucorum potestate contemperatam. summa rerum enim

γμάτων ἄχρις οὗ τοὺς Ἀσαμωναίου συνέβη βασιλεύειν ἐκείνους. πρὸ μὲν γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας ἐβασιλεύοντο ἐπὶ ἔτη πεντακόσια τριακονταδύο, μῆνας ἕξ, ἡμέρας δέκα· πρὸ δὲ τῶν βασιλέων ἄρχοντες αὐτοὺς διεῖπον οἱ προσαγορευόμενοι κριταὶ καὶ μόναρχοι.
P I 176 καὶ τοῦτον πολιτευόμενοι τὸν τρόπον ἐπ' ἔτεσι πλείοσιν ἢ πεντακοσίοις διήγαγον μετὰ Μωυσῆν τε καὶ Ἰησοῦν.

Οἱ δέ γε Σαμαρεῖς ἀπεχθῶς πρὸς αὐτοὺς διακείμενοι πολλὰ κακὰ τοὺς Ἰουδαίους εἰργάζοντο. πρέσβεις οὖν ἐξ Ἱεροσολύμων πρὸς Δαρεῖον ἐστάλησαν Ζοροβάβελ καὶ τῶν ἀρχόντων ἕτεροι τέσσαρες. μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ κατὰ τῶν Σαμαρέων αἰτιάματα, ἔγραψε πρὸς τοὺς ἐπάρχους τῆς Σαμαρείας καὶ τὴν βουλήν, μήτι ἐνοχλεῖν Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ χορηγεῖν αὐτοῖς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γαζοφυλακίου τῶν φόρων τῆς Σαμαρείας πάνθ' ὅσα πρὸς τὰς θυσίας αὐτοῖς ἐστι χρήσιμα.

5. Δαρείου δὲ τελευτήσαντος παραλαβὼν τὴν βασιλείαν ὁ παῖς αὐτοῦ Ξέρξης καὶ τὴν πρὸς θεὸν εὐσέβειαν διεδέξατο, καὶ
B πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔσχε φιλοτιμότατα. ἦν δὲ ἐν Βαβυλῶνι τότε Ἔζρας ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ τῶν νόμων Μωυσέως εἰς ἐμπειρίαν ἀκριβέστατος. οὗτος φίλος τῷ Ξέρξῃ γίνεται, καὶ ἀναβῆναι θελήσας εἰς Ἱεροσόλυμα καί τινας ἐπαγαγέσθαι τῶν ἐν Βαβυλῶνι Ἑβραίων, ἐδεήθη τοῦ βασιλέως διὰ γραμμάτων αὐτοῦ γνωρίσαι τοῖς σατράπαις αὐτόν. ὁ δὲ γράφει ταῦτα. "τῆς ἐμαυτοῦ φι-

1 ἀσσαμωναίου A. 11 ὑπάρχους W de coniectura: Iosephus ἱππάρχους. 12 μήτ' PW. 15 ante ὁ A add αὐτοῦ. 18 Ἔσδρα est p. 9 v. 16. Μωσέως PW.

Fontes. *Cap.* 5. *Iosephi Ant.* 11 5.

usque ad regnum Asamonaeorum penes sacerdotes fuit. nam ante captivitatem quidem regibus per annos 532 menses 6 et dies 10 paruerunt. ante reges magistratus ii praefuere qui iudices vocabantur et dictatores: sub quibus et ipsis annos amplius 500 post Mosem et Iesum egerunt.

Samaritani tamen infesti Iudaeis multa mala dederunt. quam ob rem Zorobabel et alii quattuor ex magistratibus cum eo Hierosolymis legati ad Darium iverunt. quorum rex querelis cognitis ad magistros equitum et senatum Samariae scripsit ne molesti essent Iudaeis, sed e regio fisco tributorum Samariae omnia suppeditarent ad sacrificia necessaria.

5. Dario mortuo Xerxes filius paterni et regni et pietatis successor erga Iudaeos optime affectus fuit. erat autem eo tempore Babylone Esdras vir bonus et Mosaicae legis peritissimus. is cum se in regis amicitiam insinuasset, atque adscendere Hierosolyma Iudaeis quibusdam Babyloniis secum adductis cuperet, regem oravit ut se per litteras satrapis commendaret. rex igitur huiusmodi scribit litteras "meae huma-

λανθρωπίας ἔργον εἶναι νομίσας τὸ τοὺς βουλομένους τῶν Ἰσραηλιτῶν συναπαίρειν εἰς Ἱεροσόλυμα, Ἔζρᾳ ἱερεῖ καὶ ἀναγνώστῃ τοῦ θείου νόμου τοῦτο προσέταξα, καὶ ὁ βουλόμενος ἀπίτω. καὶ ἄργυρος καὶ χρυσὸς ὅσος ἂν εὑρεθείη ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Βαβυλωνίων ὠνομασμένος τῷ θεῷ, τοῦτον πάντα κελεύω εἰς Ἱεροσόλυμα C κομισθῆναι. καὶ ὅσα ἂν ἐννοήσῃς, ὦ Ἔζρα, καὶ ταῦτα ἔργασαι, τὴν εἰς αὐτὰ δαπάνην ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γαζοφυλακίου ποιούμενος. καὶ τοῖς ἱερεῦσι δὲ καὶ Λευίταις καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ ἱεροῦ δουλευταῖς μήτε φόρους μήτε ἄλλο τι φορτικὸν ἐπιταγῆναι κελεύω. καὶ σὺ δέ, Ἔζρα, κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν ἀπόδειξον κριτάς, ὅπως δικάζωσιν ἐν Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ πάσῃ, τοὺς ἐπισταμένους τὸν νόμον· καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι παρέξεις αὐτὸν μαθεῖν." λαβὼν δὲ ταύτην Ἔζρας τὴν ἐπιστολὴν ἀνέγνω ἐν Βαβυλῶνι τοῖς ἐκεῖ Ἰουδαίοις, καὶ τὸ ἀντίγραφον αὐτῆς παρὰ πάντας ἔπεμψε τοὺς ὁμοεθνεῖς· οἳ ἅπαντες ὑπερήσθησαν. πολλοὶ δ' αὐτῶν καὶ τὰς κτήσεις ἀνα- D λαβόντες ἦλθον εἰς Βαβυλῶνα, ἵν' ἐπανέλθωσιν εἰς Ἱεροσόλυμα· ὁ δὲ πᾶς λαὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν κατὰ χώραν ἔμεινε. διὸ καὶ δύο φυλὰς ἐπί τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης Ῥωμαίοις ὑπηκόους εἶναί φησιν ὁ Ἰώσηπος, τὰς δὲ δέκα φυλὰς πέραν εἶναι τοῦ Εὐφράτου, μυριάδας οὔσας ἀπείρους καὶ ἀριθμῷ γνωσθῆναι μὴ δυναμένας. πρὸς Ἔζραν δὲ πολλοὶ τὸν ἀριθμὸν ἀφικνοῦνται καὶ σὺν αὐτῷ παραγίνονται εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ παραδέδωκεν ὁ Ἔζρας τοῖς

9 τι ἄλλο A. 10 Ἔζρα hoc loco A Iosephus, post σοφίαν PW. 14 παρὰ A Iosephus, πρὸς PW. 15 δὲ A. 19 Ἰώσηπος Ant. 11 5 2. 20 καὶ om A.

nitatis esse ratus ut, qui ex Israelitis voluerint, Hierosolyma discedant, hoc negotium Esdrae sacerdoti et divinae legis lectori dedi. qui igitur voluerit, abeat: et quidquid auri atque argenti in regione Babyloniorum inventum fuerit deo consecratum, id omne iubeo perferri Hierosolyma. tu vero, Esdra, quaecunque tibi visa fuerint ea perficito, impensis e fisco regio sumptis. sacerdotibus porro, Levitis et omnibus templi ministris neque tributum neque quidquam aliud molestum imperari volo. tuque, Esdra, pro divina tua sapientia designato iudices legis peritos qui in Syria totaque Phoenicia ius dicant, et ignorantibus legem cognoscendam exhibeto." hanc epistolam Esdras Iudaeis Babylone degentibus legit, et exempla eius in omnes provincias ad populares suos misit: qui omnes supra modum exhilarati sunt. quidam etiam cum sua re familiari se Babylonem contulerunt ut redirent Hierosolyma: sed universus Israelitarum populus illic mansit. ea de causa Iosephus ait duas tantum tribus tam in Europa quam in Asia parere Romanis, decem vero ultra Euphratem esse, quarum infinita sit multitudo, cuius iniri nullus queat numerus. Esdras igitur, multis Hierosolyma secum profectis, munera

γαζοφύλαξιν ἃ ὁ Ξέρξης καὶ οἱ σύμβουλοι αὐτοῦ καὶ οἱ ἐν Βαβυ-
P I 177 λῶνι Ἰσραηλῖται τῷ θεῷ ἐδωρήσαντο, εἰς πολλὰ τάλαντα ἀργυ-
ρίου καὶ χαλκοῦ συμποσούμενα, καὶ τοῖς τῶν χωρῶν ἐπιτρο-
πεύουσι τὰ γράμματα τοῦ βασιλέως ἐπέδωκεν. οἱ δὲ τὸ ἔθνος
ἐτίμησαν καὶ πρὸς πᾶσαν χρείαν συνήργησαν. γνοὺς δ' ἔπειτα
ὥς τινες τοῦ πλήθους καὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν ἀλλοεθνεῖς
γυναῖκας ἠγάγοντο, ἔπεισεν αὐτοὺς δάκρυσι πολλοῖς καὶ πυκναῖς
W I 127 παραινέσεσιν ἐκβαλεῖν τὰς ἀλλοεθνεῖς καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν γεννηθέντα.
τῆς ἑορτῆς δὲ τῆς σκηνοπηγίας ἐπιστάσης σχεδὸν ἅπαν τὸ τοῦ
λαοῦ πλῆθος συνεληλυθὸς εἰς αὐτὴν ἠξίωσαν τὸν Ἔζραν τοὺς
νόμους ἀναγνωσθῆναι τοῦ Μωυσέως. καὶ ἀκούσαντες τούτων
B εἰς δάκρυα προήχθησαν, δυσφοροῦντες περὶ τῶν παρελθόντων.
Ἔζρας δὲ μὴ δεῖν ἔφη θρηνεῖν ἑορτῆς οὔσης, ἑορτάζειν δὲ καὶ
εὐωχεῖσθαι καὶ τηρεῖν τοὺς νόμους εἰς τὸ μέλλον.

Καὶ ὁ μὲν γηραιὸς ἐτελεύτησεν· τῶν δ' αἰχμαλώτων τις
Νεεμίας τὴν κλῆσιν, οἰνοχόος ὢν τοῦ Ξέρξου, πρὸ τῶν Σούσων
περιπατῶν ξένους εἶδέ τινας εἰσιόντας τὴν πόλιν, καὶ ἀκούσας
αὐτῶν Ἑβραϊστὶ ὁμιλούντων, προσελθὼν ἐπυνθάνετο πόθεν εἶεν.
ἥκειν δ' ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων εἰπόντων, πῶς αὐτῶν ἔχει τὸ πλῆ-
θος καὶ ἡ μητρόπολις Ἱεροσόλυμα προσηρώτησεν. ἀποκρινα-
μένων δὲ κακῶς ἔχειν, πολλὰ γὰρ δεινὰ τὰ πέριξ ἔθνη αὐτοῖς
ἐπάγειν, ἐδάκρυσεν ὁ Νεεμίας· καὶ τῆς ὥρας ἐπιστάσης, ὡς εἶχε
C διακονήσων τῷ βασιλεῖ εἰσελήλυθεν. ὁ δὲ βασιλεὺς σκυθρωπὸν

4 τὰ om A. 6 τῶν alterum om A. 15 τις om A. 22 νεεμίας A Iosephus, νεανίας PW.

quae Xerxes eiusque consiliarii et Babylonii Israelitae deo donarant, magnam argenti et aeris summam, gazae custodibus, provinciarum praetoribus litteras regis reddit; qui genti honorem habuerunt omnibusque rebus adiumento fuerunt. postea cum intellexisset quosdam e populo sacerdotibus et Levitis alienigenas duxisse uxores, eos multis lacrimis et crebris monitis impulit ut eas una cum liberis eiicerent. festo tabernaculorum omnis fere populus congregatus ab Esdra petiit ut leges Mosaicas legeret: quibus auditis commissa piacula deplorarunt. sed Esdras in festo non esse lacrimandum dixit, sed operandum sacris et convivandum, ac leges in posterum observandas.

Et hic quidem senex obiit: quidam autem ex captivis Neemias dictus, Xerxis pincerna, ante moenia Susorum deambulans cum hospites quosdam urbem ingredientes qui Hebraice colloquebantur vidisset, rogat qui sint. cum se Hierosolymis venisse responderent, de statu populi et metropolis percontatur. cumque intellexisset res male se habere, et multis malis affici Iudaeos a vicinis gentibus, lacrimat, et hora instante regi ministraturus ita uti erat cenaculum ingreditur. qui

*αὐτὸν θεασάμενος ἤρετο διότι κατηφιᾷ. ὁ δὲ τῆς λύπης αἴτια
εἶπε τὰ τῆς πατρίδος αὐτοῦ δυστυχήματα, καὶ ἐδέετο συγχωρη-
θῆναι αὐτῷ πορευθῆναι καὶ τό τε τεῖχος ἀνεγεῖραι καὶ τοῦ ἱεροῦ
τὸ λεῖπον ἀναπληρῶσαι. καὶ ὁ βασιλεὺς κατένευσε πρὸς τὴν
αἴτησιν· καὶ δίδωσιν αὐτῷ τῇ ἐπιούσῃ ἐπιστολὴν πρὸς τὸν τῆς
Φοινίκης καὶ Συρίας καὶ Σαμαρείας ἐπίτροπον, ἐντελλομένην
αὐτῷ τιμῆσαι τὸν Νεεμίαν καὶ χορηγῆσαι τὰς εἰς τὴν οἰκοδομίαν
δαπάνας. ἧκεν οὖν εἰς Ἱεροσόλυμα, πολλῶν αὐτῷ ἐκ τῶν ὁμο-
φύλων συνεπομένων, πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος βασιλεύοντος
Ξέρξου, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἐπιτρόπῳ τῶν ῥηθεισῶν χωρῶν* D
*ἐπιδέδωκε. τὴν δὲ τοῦ τείχους οἰκοδομὴν διένειμε τῷ λαῷ κατὰ
κώμας καὶ πόλεις, ἵν᾽ ὅτι τάχιστα ἀνυσθῇ. καὶ Ἰουδαῖοι μὲν
πρὸς τὸ ἔργον παρεσκευάζοντο, οὕτω κληθέντες ἐξ ἧς ἡμέρας ἐκ
Βαβυλῶνος ἀνέβησαν (ἀπὸ γὰρ τῆς Ἰούδα φυλῆς πρώτης ἐλθού-
σης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους αὐτοί τε Ἰουδαῖοι καὶ ἡ χώρα ὁμοίως
ἐξ αὐτῶν μετωνόμαστο), Ἀμμανῖται δὲ καὶ Μωαβῖται καὶ Σα-
μαρεῖται τῇ τῶν τειχῶν οἰκοδομῇ ἤχθοντο, καὶ αὐτοῖς ἐπετίθεντο
καὶ πλείστους ἐκτίννυον, καὶ αὐτῷ τῷ Νεεμίᾳ ἐπεβούλευον. καὶ
τὸ μὲν πλῆθος τούτοις ἐκταραττόμενον μικροῦ τῆς οἰκοδομῆς ἂν* P I 178
*ἀπέστη. Νεεμίας δὲ στῖφος τι φυλακῆς ἕνεκα τοῦ σώματος
προστησάμενος ἀτρύτως ἐπέμενε νύκτωρ τε καὶ μεθ᾽ ἡμέραν τῆς
πόλεως τὸν κύκλον περιιών· καὶ ταύτην τὴν ταλαιπωρίαν ὑπέμει-
νεν ἐπὶ διετίαν καὶ μῆνας τέσσαρας. ἐν τοσούτῳ γὰρ χρόνῳ τοῖς*

1 *αὐτῷ* A. 3 *ἱερέως* A.

cum tristitiae causam percontaretur, patriae calamitates commemorans Neemias orat regem ut sibi liceat eo proficisci et muros exstruere et, quod templo adhuc desit, perficere. rex postulatis annuit, et postridie litteras ei dat ad Phoeniciae Syriae et Samariae praesidem, quibus iubebatur honorem habere Neemiae et sumptus aedificationis praebere. venit igitur Hierosolyma cum magno popularium comitatu anno regni Xerxis vigesimo quinto, redditque praesidi litteras; et aedificationem oppidatim et vicatim distribuit, ut ea quam primum absolveretur. Iudaei igitur operi accinguntur, sic nominati ex quo die Hierosolyma Babylone redierunt: nam tribu Iudaica primum in loca illa reversa et ipsi Iudaei vocati sunt et nomen regioni indiderunt. caeterum Ammanitae Moabitae et Samaritani moenium structuram aegre ferentes, aggressi Iudaeos multos occiderunt, ipsi etiam Neemiae insidiati. ac populus iis rebus perturbatus parum abfuit quin opus inchoatum desereret. verum Neemias satellitibus praesidii causa adscitis constanter perseverans noctu et interdiu moenia urbis obibat. eamque aerumnam per biennium et menses quattuor toleravit, donec muri absoluti essent,

Ἱεροσολύμοις τὸ τεῖχος ἀπήρτιστο, ὀγδόῳ καὶ εἰκοστῷ τῆς Ξέρξου βασιλείας ἔτει, μηνὶ ἐννάτῳ. Νεεμίας δὲ τὴν πόλιν ὀλιγανδροῦσαν ὁρῶν, παρεκάλεσε τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευίτας, τὴν χώραν ἐκλιπόντας, εἰς τὴν πόλιν μεταναστεῦσαι. ἐτελεύτησε δὲ Νεεμίας γηραιός, ἀνὴρ χρηστὸς τὸν τρόπον καὶ δίκαιος καὶ φιλοτιμότατος πρὸς
B τοὺς ὁμοεθνεῖς.

6. Τελευτήσαντος δὲ Ξέρξου ἡ βασιλεία εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κῦρον, ὃν καὶ Ἀρταξέρξην καλοῦσι, μετέπεσε. τῷ γοῦν τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τοὺς ἡγεμόνας καὶ τοὺς σατράπας τῶν οἰκείων καλέσας ἐθνῶν, ἐφ' ἡμέρας πολλὰς εἱστία τούτους πολυτελῶς· καὶ ἡ βασίλισσα δὲ Οὐάστη ταῖς γυναιξὶν ὁμοίως συνεκρότει συμπόσιον. ἣν κάλλει πάσας νικῶσαν ἠθέλησεν ὁ βασιλεὺς τοῖς αὐτῷ συμποσιάζουσιν ἐπιδεῖξαι, καὶ πέμψας ἥκειν αὐτὴν ἐκέλευε παρὰ τὸ συμπόσιον· ἡ δὲ οὐκ ἐπείθετο, καὶ πολλάκις στείλαντος ἀνένδοτος ἦν. ὠργίσθη οὖν ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν
C ἀπείθειαν. καὶ κοινοῦται τοῖς ἑπτὰ τῶν Περσῶν συμβούλοις τῆς γυναικὸς τὴν ἀπείθειαν· οἱ δ' ἐκβαλεῖν αὐτὴν δεῖν ἔκριναν. καὶ ἡ μὲν ἐκβέβλητο· ὁ δ' ἤχθετο, πρὸς αὐτὴν ἐρωτικῶς διακείμενος. οὕτω δ' ἔχοντι συνεβούλευον οἱ φίλοι παρθένους εὐπρεπεῖς πανταχόθεν συναγαγεῖν, καὶ τὴν προκριθεῖσαν ἕξειν γυναῖκα. πείθεται τῇ συμβουλῇ ταύτῃ, καὶ πολλῶν παρθένων ἀθροισθεισῶν
W I 128 εὑρέθη τις ἐν Βαβυλῶνι κόρη Ἰουδαία τὸ γένος ἐκ φυλῆς τῆς Βενιαμίτιδος, ὀρφανὴ καὶ ἀμφοῖν τῶν γονέων, παρὰ τῷ θείῳ

3 ἐκλίποντας A, ἐκλειπόντας PW. 9 τῆς βασιλείας ἔτει αὐτοῦ A. post ἡγεμόνας PW add αὐτοῦ, om A. 17 δεῖν om A. 22 τις hoc loco A Iosephus, post κόρη PW.

Fontes. *Cap.* 6. *Iosephi Ant.* 11 6 § 1 — § 10.

anno imperii Xerxis vigesimo octavo et mense nono. cumque urbem infrequenter habitari videret, persuasit sacerdotibus et Levitis ut agris relictis in eam se conferrent. obiit Neemias senex, vir bonus et iustus suorumque popularium studiosissimus.

6. Xerxe mortuo filius eius Cyrus, quem et Artaxerxem vocant, regno potitus tertio imperii sui anno duces et satrapas provinciarum suarum per multos dies magnificis conviviis excepit. regina quoque Vasta matronis epulum praebuit. quam forma praestantem omnibus rex convivis suis ostentare cupiens ad convivium arcessi iubet. illa recusante et nuntios complures infecta re dimittente iratus, uxoris contumaciam cum septem Persarum senatoribus communicat: hi eius eiiciendae auctores sunt. eiectae vero desiderium iniquo animo ferenti suadent amici ut formosas virgines colligat, earumque praestantissimam uxorem ducat. paret consilio rex: multisque virginibus collectis Babylone puella Iudaea genere inventa est ex tribu Beniamitica, ambobus orba paren-

Μαρδοχαίῳ τρεφομένη, τῶν πρώτων παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις· Ἐσθὴρ ἦν τῇ κόρῃ τὸ ὄνομα. ἡσθεὶς οὖν ταύτῃ ὁ βασιλεὺς εἰς γυναῖκα ταύτην ἠγάγετο, καὶ περιτίθησιν αὐτῇ τὸ διάδημα. καὶ ὁ θεῖος αὐτῆς ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Σοῦσα μετῴκησε, περὶ τὰ D βασίλεια διατρίβων καὶ περὶ τῆς ἀδελφιδῆς πυνθανόμενος. οὔτε γὰρ ἐκείνη δῆλον τὸ ἔθνος ἐξ οὗπερ ἐτύγχανεν ἔθετο, οὔτε ὁ Μαρδοχαῖος τὴν πρὸς αὐτὴν ὡμολόγει συγγένειαν.

Ἔθετο δὲ νόμον ὁ βασιλεὺς ὥστε μηδένα οἱ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθημένῳ ἄκλητον προσιέναι, ἢ θνήσκειν τὸν οὕτω προσιόντα ὑπὸ τῶν αὐτῷ παρισταμένων πελεκυφόρων, εἰ μὴ ἐκεῖνος ὃν ἐν χερσὶ κατεῖχε λύγον ἐξέτεινε πρὸς αὐτόν· ὁ γὰρ τοῦ λύγου ἁπτόμενος ἀκίνδυνος ἦν. ἐπιβουλευσάντων δὲ τῷ βασιλεῖ Ἀρταξέρξῃ δύο εὐνούχων αὐτοῦ, Βαρνάβαζος οἰκέτης τοῦ ἑτέρου, τὸ γένος ὢν Ἰουδαῖος, συνεὶς τὴν ἐπιβουλὴν τῷ Μαρδοχαίῳ ἀπήγγειλε, καὶ ὃς διὰ τῆς Ἐσθὴρ τῷ βασιλεῖ τοὺς ἐπιβούλους ἐμήνυσεν. P I 179 ὁ δὲ τοὺς μὲν εὐνούχους ἀνεσταύρωσε, τοῦ δὲ Μαρδοχαίου τὸ ὄνομα ἐκέλευσεν ἐγγραφῆναι τοῖς ὑπομνήμασι, καὶ προσμένειν τοῖς βασιλείοις αὐτόν.

Ἀμὰν δὲ φίλον ὄντα τῷ βασιλεῖ ἐς τὰ μάλιστα ἅπαντες προσεκύνουν. Μαρδοχαίου δὲ μὴ προσκυνοῦντος διὰ τὸν νόμον αὐτόν, μαθὼν ὡς Ἰουδαῖός ἐστιν ἠγανάκτησε καὶ εἶπεν αὐτῷ ὡς οἱ μὲν ἐλεύθεροι Πέρσαι προσκυνοῦσιν αὐτόν, ὁ δὲ δοῦλος ὢν ἀπαξιοῖ τοῦτο ποιεῖν. προσελθὼν οὖν τῷ βασιλεῖ κατηγόρει τοῦ

10 πελεκηφόρων A. 13 δύω PW.

tibus, quae a patruo Mardochaeo principe Iudaeorum educabatur, Esthera nomine. eam rex lepore eius captus uxorem ducit et diademate ornat. patruus item eius Mardochaeus Babylone Susa commigravit ut regiam frequentaret et de nepte sua percontaretur. neque enim illa unde nata esset indicarat, neque ipse aliquam cum illa necessitudinem sibi intercedere ostendebat.

Tulerat autem rex legem ne quis ad se in solio sedentem accederet invocatus: qui secus fecisset, statim ab apparitoribus securi feriretur, nisi ipse virgam quam manu teneret illi porrexisset: eam enim qui attigerat indemnis erat. cum autem duo eunuchi regi insidias struerent, Barnabazus Iudaeus, servus alterius eunuchi, iis animadversis rem ad Mardochaeum defert, ille per Estheram ad regem. qui eunuchis in crucem actis Mardochaeum in commentarios inscribi et in regia manere iubet.

Amanem porro amicum summum regis omnes adorabant. quod cum Mardochaeum propter legem Iudaicam praetermittere cognovisset, indignatus ei dixit, se a Persis ingenuis adorari: cur ille, qui servus esset, idem non faceret. totaque gente apud regem accusata petiit ut

ἔθνους παντός, καὶ ᾔτει κελεῦσαι πρόῤῥιζον ἀπολέσθαι αὐτό,
B καὶ μή τι λείψανον αὐτοῦ καταλιπεῖν· ἵνα μέντοι μὴ ζημιωθῇ τοὺς φόρους αὐτῶν, αὐτὸς ἐπηγγείλατο δώσειν μυριάδας ἀργυρίου τέσσαρας. ὁ μὲν οὖν Ἀμὰν ᾔτει ταῦτα· ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τὸ ἀργύριον αὐτῷ χαρίζεται καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε χρῆσθαι τούτοις ὡς βούλεται. αὐτίκα οὖν διάταγμα παρὰ τοῦ Ἀμὰν ἐπέμφθη εἰς πάντα τὰ ἔθνη ὡς ἐκ τοῦ βασιλέως, περιέχον ταῦτα. "τοὺς δηλουμένους ὑπὸ τοῦ δευτέρου μου πατρὸς Ἀμὰν κελεύω πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀπολέσθαι, καὶ τοῦτο γενέσθαι βούλομαι τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ δωδεκάτου μηνὸς τοῦ ἐνε-
C στῶτος ἔτους." τούτου κομισθέντος τοῦ γράμματος εἰς τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας, ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀπώλεια ἡτοιμάζετο. εἶχον δὲ καὶ οἱ ἐν τοῖς Σούσοις ὁμοίως.

Ὁ δὲ Μαρδοχαῖος μαθὼν τὸ γενόμενον, σάκκον ἐνδὺς καὶ καταχεάμενος σποδιάν, ἐβόα ὅτι μηδὲν ἀδικῆσαν ἔθνος ἀναιρεῖται. καὶ πρὸς τὰ βασίλεια ἐλθὼν ἐκτὸς ἵστατο· οὐ γὰρ ἐξῆν μετὰ τοιούτου σχήματος εἰσελθεῖν. γνοῦσα δὲ τοῦτο Ἐσθὴρ ἡ βασίλισσα, εὐνοῦχον πρὸς Μαρδοχαῖον ἀπέστειλε γνωσόμενον ὅτου χάριν πενθεῖ· ὁ δὲ τὰ συμβάντα τῷ εὐνούχῳ ἐγνώρισε, καὶ περὶ τούτων δεηθῆναι τοῦ βασιλέως τῇ Ἐσθὴρ ἐνετέλλετο. ἡ δὲ μαθοῦσα ταῦτα δηλοῖ αὐτῷ ὅτι, μὴ κληθεῖσα παρὰ τοῦ βασιλέως, δέδοικεν ὡς ἀποθανεῖται εἰ ἄκλητος αὐτῷ προσέλθοι. Μαρδοχαῖος δὲ ἐδήλου αὐτῇ μὴ τὴν ἰδίαν σωτηρίαν σκοπεῖν ἀλλὰ τὴν
D τοῦ ἔθνους· εἰ δ' οὔ, ἔσεσθαι μὲν πάντως ἐκείνῳ βοήθειαν ἐκ

16 ἐξῆν A Iosephus, ἠξίου PW. 24 ἐκείνῃ codex Colberteus.

ea funditus exstirparetur, ita ut nullae reliquiae superessent. ne vero tributis rex fraudaretur, ipse quadraginta argenti milia se daturum est pollicitus. rex Amani et pecuniam et homines condonat, ut eos suo arbitratu tractet. is igitur statim edictum nomine regis in omnes provincias mittit his verbis "eos qui ab altero patre meo Amane indicantur omnes cum uxoribus et liberis interfici volo, idque fieri decimo quarto die mensis duodecimi hoc anno." his litteris in urbes et provincias perlatis internecio Iudaeis parabatur. idem Susis etiam agitabatur.

Mardochaeus autem, cum quid actum esset cognovisset, saccum indutus et pulvere oppleto capite clamitans gentem immeritam deleri, ante regiam adstabat: neque enim eo habitu ingredi licebat. quod cum ad reginam Estheram perlatum esset, misso eunucho causam luctus ex eo quaerit. ille quid accidisset eunucho narrat, petit ut illa apud regem pro populo intercedat. cui Esthera vicissim nuntiat, vereri se, si invocata ad regem accesserit, ne occidatur. respondet Mardochaeus, non illi privatam sed gentis publicam salutem esse spectandam: id nisi fece-

θεοῦ, αὐτὴν δὲ καὶ τὸν πατρῷον οἶκον αὐτῆς διαφθαρήσεσθαι.
ἡ δὲ ἐνετέλλετο αὐτῷ εἰς Σοῦσα πορευθέντι παρασκευάσαι τοὺς
ἐκεῖ Ἰουδαίους νηστεῦσαι τρεῖς ἡμέρας ὑπὲρ αὐτῆς. καὶ Μαρ-
δοχαῖος μὲν οὕτως ἐποίησεν, ἡ δ' Ἐσθὴρ ῥίψασα κατὰ γῆς ἑαυ-
τὴν μετὰ πενθίμου ἐσθῆτος καὶ ἄτροφος ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις δια-
μείνασα ἐδέετο τοῦ θεοῦ. μετὰ δὲ τὰς τρεῖς ἡμέρας κόσμον
μεταμφιασαμένη βασίλειον, σὺν δυσὶ θεραπαινίσιν, ὧν τῇ μὲν
κούφως ἦν ἐπερειδομένη, ἡ δὲ τὸ βαθὺ τοῦ χιτῶνος καὶ μέχρι
τῆς γῆς κεχυμένον ἄκροις ἀπῃώρει δακτύλοις, ἧκε πρὸς τὸν κρα-
τοῦντα, εἰσῄει δὲ μετὰ δέους. ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ
τοῦ θρόνου βασιλικῶς καθεζομένου ἐγένετο, προσιδόντος αὐτὴν W I 129
βλοσυρῶς, πάρεσις ὑπὸ δέους λαμβάνει αὐτήν, καὶ τῇ παρὰ P I 180
πλευρὰν ἰούσῃ ἐπέπεσεν ἀχανής. ὁ δὲ βασιλεὺς δείσας περὶ τῇ
γυναικί, τοῦ θεοῦ προμηθευσαμένου τοῦτο, ἀνεπήδησεν ἐκ τοῦ
θρόνου, καὶ ταῖς ἀγκάλαις αὐτὴν ὑπολαβὼν ἀνεκτᾶτο κατασπα-
ζόμενος καὶ θάρρειν ἐγκελευόμενος, καὶ τὴν ῥάβδον ἐκτείνας αὐ-
τοῦ τὴν χρυσῆν, καὶ τὸ σκῆπτρον ἐνθέμενος ταῖς χερσὶν αὐτῆς.
ἡ δὲ ἐντεῦθεν ἀναθαρσήσασα ἐφ' ἑστίασιν αὐτὸν μετὰ τοῦ Ἀμὰν
πρὸς αὐτὴν ἠξίου ἐλθεῖν. ὡς δὲ ἐπένευσε, καὶ παρῆσαν, ἐκέ-
λευεν ἐκείνη ὁ βασιλεὺς δηλοῦν ὅ τι βούλεται, μηδενὸς γὰρ B
ἀτευκτήσειν. ἡ δὲ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν φράζειν αὐτῷ τὴν βούλησιν
ἔλεγεν, εἰ πάλιν πρὸς αὐτὴν μετὰ τοῦ Ἀμὰν ἐφ' ἑστίασιν ἔλθοι.
τοῦ δὲ βασιλέως ὑποσχομένου περιχαρὴς ὁ Ἀμὰν ἐξῄει· καὶ ἰδὼν

8 ἦν om A. 12 ὑπὸ δέους A Iosephus, ὑπὸ τοῦ δέους PW. παρὰ πλευρὸν A, περὶ πλευρὰν PW. 15 κατασπαζόμενος A, κατασπασάμενος PW. 21 ἀπευκτήσειν A.

rit, populum utique divinitus iri conservatum, ipsam vero cum paterna domo interituram. proinde regina eum Susa ire et Iudaeis Susianis tridui ieiunium pro sese indicere iubet. paret Mardochaeus: ipsa prostrata humi veste lugubri induta per tres dies cibo non gustato deum orat. iis elapsis ornatu regio culta cum duabus ancillis, quarum alteri leviter innitebatur, altera promissam vestem et humi fusam summis digitis allevabat, regem adit perculsa metu. cumque in conspectum eius in regio throno sedentis ac torvum tuentis venisset, exanimata metu in ancillam lateri adhaerentem procumbit. rex autem, divina providentia sic eventum moderante, solio exsilit mulieri metuens; eamque ulnis exceptam complectens et bono esse animo iubens reficit, porrecta virga aurea sceptroque in manus ei tradito. illa resumpta fiducia petit ut cum Amane ad se comissatum veniat. annuit rex; cumque venisset, iubet eam dicere quid velit: nam nihil non impetraturam. illa se postridie dicturam ait, si denuo cum Amane ad convivium veniret. rege assenso Aman laetitia exsultans egreditur: visoque in aula Mardochaeo indigna-

τὸν Μαρδοχαῖον ἐν τῇ αὐλῇ ἠγανάκτησεν ὅτι μὴ αὐτῷ προσεκύνησε. καὶ οἴκοι ἐλθὼν πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς φίλους διηγεῖτο οἵας καὶ παρὰ τῆς βασιλίσσης ἀπολαύει τιμῆς, καὶ ὡς ἄχθεται τὸν Μαρδοχαῖον βλέπων ἐν τῇ αὐλῇ. τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ φησάσης κελεῦσαι κοπῆναι ξύλον πεντήκοντα πηχέων, καὶ πρωῒ παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτησάμενον ἀνασταυρῶσαι τὸν Μαρδοχαῖον, C τὴν γνώμην ἀποδεξάμενος προσέταξε τοῖς οἰκέταις ξύλον ἑτοιμάσαι, καὶ στῆσαι τοῦτο ἐν τῇ αὐλῇ πρὸς τιμωρίαν Μαρδοχαίου.

Καὶ τὸ μὲν ἦν ἕτοιμον· ὁ δὲ θεὸς τῆς νυκτὸς ἐκείνης ἀφαιρεῖται τὸν ὕπνον τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ ἀγρυπνῶν τὸν γραμματέα κομίσαντα τῶν ἰδίων πράξεων τὰ ὑπομνήματα ἀναγινώσκειν ἐκέλευσε. καὶ ἀναγινωσκομένων εὑρέθη μηνυτὴς Μαρδοχαῖος γενόμενος τῷ βασιλεῖ ἐπιβουλῆς εὐνούχων. φράσαντος δὲ τοῦτο μόνον τοῦ γραμματέως καὶ μεταβάντος ἐφ' ἑτέραν πρᾶξιν, ἐπέσχεν ὁ βασιλεύς, πυθόμενος εἰ ἔχει γέρας αὐτῷ δοθὲν ἀναγεγραμμένον. ὡς δ' ἤκουσε μηδὲν εἶναι, τίς εἴη τῆς νυκτὸς ὥρα D ἤρετο· μαθὼν δὲ ὡς ὄρθρος ἤδη ἐστίν, ἐκέλευσε τῶν φίλων ὃν ἂν πρὸ τῆς αὐλῆς εὕρωσιν εἰσκαλεῖν. εὑρέθη δὲ ὁ Ἀμάν, ταχύνας ἵνα τὸν Μαρδοχαῖον αἰτήσηται. κληθέντι δὲ εἶπεν ὁ βασιλεύς "συμβούλευσόν μοι πῶς ἂν τιμήσαιμί τινα στεργόμενον ὑπ' ἐμοῦ." ὁ δὲ λογισάμενος, ἣν ἂν δῷ γνώμην, ὑπὲρ ἑαυτοῦ ταύτην δώσειν (στέργεσθαι γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν ἄλλων

3 περὶ A. 14 μόνον τοῦτο A. 17 τίς εἴη A Iosephus, τίς δὲ εἴη PW.

tur se ab eo non adorari. domi uxori suae et amicis refert, quantus a regina etiam sibi sit honos habitus, quamque graviter Mardochaei conspectum in aula ferat. cumque ab uxore esset monitus ut lignum quinquaginta cubitorum excidendum curaret, et mane a rege peteret ut Mardochaeum in crucem agere liceret, approbato consilio servos lignum parare iubet, idque in aula erigere ad Mardochaei supplicium.

Eo parato deus noctu regi somnum adimit: qui cum vigilaret, privatarum rerum commentarios scribam afferre et recitare iubet. in quibus cum lectum esset Mardochaeum detulisse eunuchos insidiatores regis, et scriba statim ad aliud caput properaret, rex eum inhibuit percontans an scriptum esset praemium quo donatus esset. illo negante, quota hora noctis esset rogat: cum audisset diluculum esse, quemcunque amicorum ante regiam invenirent intro vocari iubet. inventus autem est Aman, qui aderat ut Mardochaeum posceret. ei arcessito rex "consule mihi" inquit "quo honore sit afficiendus quidam mihi dilectus." ille ratus, quam sententiam dixisset, eam in suam rem dicturum qui regi

μᾶλλον), „εἰ βούλοιο" ἔφη „τοῦτον δοξάσαι, ποίησον ἐφ' ἵππου βαδίζειν τὴν αὐτήν σοι ἐσθῆτα φοροῦντα καὶ περιαυχένιον χρυσοῦν ἔχοντα, καὶ προϊόντα τῶν ἀναγκαίων σου φίλων ἕνα κηρύσσειν δι' ὅλης τῆς πόλεως ὅτι ταύτης τυγχάνει τῆς τιμῆς ὃν ἂν βασιλεὺς τιμήσῃ." ἡσθεὶς οὖν τῇ παραινέσει ὁ βασιλεὺς „ἐπιζήτησον" φησί „Μαρδοχαῖον τὸν Ἰουδαῖον, καὶ δοὺς ἐκείνῳ P I 181 τὸν ἵππον καὶ τὴν στολὴν καὶ τὸν στρεπτόν, προάγων αὐτοῦ κήρυττε· σὺ γάρ μοι φίλος ἀναγκαιότατος. ταῦτα δὲ αὐτῷ παρ' ἐμοῦ ἔσται, σώσαντί μου τὴν ψυχήν." τούτων ἀκούσας συνεχύθη, καὶ πληγεὶς ὑπὸ ἀμηχανίας ὅμως ἔξεισιν ἄγων τὸν ἵππον καὶ τὴν πορφύραν καὶ τὸν στρεπτόν. καὶ τὸν Μαρδοχαῖον πρὸ τῆς αὐλῆς εὑρὼν σάκκον ἐνδεδυμένον ἐκέλευεν ἐνδύσασθαι τὴν πορφύραν. ὁ δὲ „κάκιστε" εἶπεν „ἀνθρώπων, οὕτως ἡμῶν ταῖς συμφοραῖς ἐγγελᾷς;" γνοὺς δὲ ὡς γέρας αὐτῷ ταῦτα ἀντὶ τῆς σωτηρίας παρέσχεν ὁ βασιλεύς, μηνύσαντι τὴν τῶν εὐνούχων B ἐπιβουλήν, ἐνδύεται τὴν πορφύραν καὶ περιτίθεται τὸ περιαυχένιον, καὶ ἐπιβὰς τὸν ἵππον ἐν κύκλῳ περίεισι τὴν πόλιν, προϊόντος Ἀμὰν καὶ κηρύσσοντος ὅτι οὕτως τιμᾷ βασιλεὺς ὃν ἂν στέρξῃ.

Ὁ μὲν οὖν τὴν πόλιν περιελθὼν πρὸς τὸν βασιλέα ἐπάνεισιν, (7) Ἀμὰν δὲ οἴκοι ὑπέστρεψε καὶ τὰ συμβάντα κλαίων τῇ γυναικὶ διηγεῖτο. ἐν τούτοις ἧκον ἐκ τῆς Ἐσθὴρ εὐνοῦχοι, W I 130

3 φίλον A. 7 τὸ στρεπτόν A. post αὐτοῦ PW add καί, om A. 11 τὸ στρεπτόν A.

Fontes. *Cap.* 7. *Iosephi Ant.* 11 6 § 10—8 § 4.

carior esset caeteris, "eum" inquit "si illustrem reddere volueris, facito ut equo vehatur, pari tecum veste indutus et aureo torque ornatus, et aliquis ex necessariis amicis tuis antecedens per totam urbem proclamet, tali honore affici eum quem rex honore afficiat." consilio delectatus rex "quaere" inquit "Mardochaeum Iudaeum, datoque equo et veste et torque illum antecede et proclama: tu enim amicus es meus maxime necessarius. haec autem illi a me tribuentur ob conservatam vitam meam." his Aman auditis perturbatus et animo aestuans, tamen egreditur, equum adducit et purpuram atque torquem. cumque Mardochaeum ante regiam invenisset sacco indutum, purpuram induere iubet. at ille "pessime" inquit, "mortalium, itane nostris malis insultas?" sed cum intellexisset ea sibi tribui munera a rege, cuius vitam indicatis eunnchorum insidiis conservasset, purpuram induit, collo torquem accommodat, et equo conscenso passim urbem circuit, praecedente Amane et proclamante sic honorare regem eum quem diligat.

Ita Mardochaeus urbem circumvectus ad regem redit, (7) Aman vero domum regressus casum illum plorans uxori exponit. interea ve-

ἐπὶ τὸ δεῖπνον τὸν Ἀμὰν ἐπισπεύδοντες. εἷς δὲ τούτων ἰδὼν τὸν σταυρὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ μαθὼν παρά του τῶν οἰκετῶν
C ὡς ἐπὶ Μαρδοχαῖον τοῦτον ἡτοίμασαν πρὸς τιμωρίαν αἰτηθησόμενον, τότε μὲν ἀπῆλθεν, ὡς δ' ἡ εὐωχία πρὸς τέλος ἦν, ἐπέτρεπε τῇ βασιλίσσῃ λέγειν ὁ βασιλεὺς τίνα αἰτεῖ, ἡ δὲ τὸν τοῦ λαοῦ κίνδυνον ἀπωδύρετο, καὶ μετὰ τοῦ ἔθνους ἔλεγεν ἐκδεδόσθαι καὶ αὐτὴ πρὸς ἀπώλειαν, καὶ τὸν Ἀμὰν ταῦτα ἐπῆγεν αἰτήσασθαι. ταραχθέντος δὲ πρὸς τοῦτο τοῦ βασιλέως καὶ ἐκπεπηδηκότος τοῦ συμποσίου, τῆς Ἐσθὴρ ὁ Ἀμὰν ἐδέετο· καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης πεσόντος καὶ ἱκετεύοντος τὴν βασίλισσαν, ἐπεισελθὼν ὁ βασιλεὺς "ὦ κάκιστε" εἶπε, "καὶ βιάζεσθαί μου τὴν γυναῖκα ἐπιχειρεῖς;" ἐν τούτοις παρὼν ὁ εὐνοῦχος περὶ τοῦ σταυροῦ εἶπεν
D ὃν εἶδεν ἐπὶ Μαρδοχαῖον ἡτοιμασμένον. καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα κελεύει τὸν Ἀμὰν ἐπ' ἐκείνου τοῦ σταυροῦ κρεμασθῆναι. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπώλετο, τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ δῶρον ἔσχηκεν ἡ βασίλισσα. γνοὺς δὲ τὴν πρὸς Ἐσθὴρ τοῦ Μαρδοχαίου συγγένειαν ὁ βασιλεὺς δίδωσιν αὐτῷ τὸν δακτύλιον ὃν ἔδωκε πρὶν τῷ Ἀμάν. καὶ ἡ βασίλισσα τὴν ἐκείνου κτῆσιν τῷ Μαρδοχαίῳ παρέσχετο, καὶ τοῦ κινδύνου ἀπαλλάξαι τὸ τῶν Ἑβραίων ἔθνος τοῦ βασιλέως ἐδέετο. καὶ ὃς γράφειν ἃ βούλεται ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ ἐφῆκε
P I 182 περὶ τοῦ ἔθνους. τὰ δὲ γραφέντα ἦσαν τοιαῦτα. τοῦ μὲν Ἀμὰν κατηγόρουν ὡς πονηροῦ καὶ ἀγνώμονος καὶ αἰτησαμένου ἔθνους ἀπώλειαν μηδὲν ἀδικήσαντος, τὸν δέ γε Μαρδοχαῖον σωτῆρα

19 ἔθνος] γένος A.

niunt eunuchi ab Esthera qui Amanem propere ad cenam ire iubent. quorum unus cruce in eius aedibus visa, cum e famulo didicisset eam ab Amane ad Mardochaei supplicium, quem a rege postulaturus esset, paratam esse, tum quidem abit; convivio vero prope finito rex dicere iubet reginam quid velit: at illa gentis suae interitum deplorat, seseque una cum illa exitio destinatam esse refert, eaque Amanem petiisse. ob quae rex perturbatus e convivio se proripit: Aman Estheram orat; cumque in lectum prolapsus esset reginae supplicans, rex ingressus "pessime" inquit, "etiam vim uxori meae inferre paras?" mox eunuchus quoque adest et de cruce refert quam in Amanis aedibus Mardochaeo paratam viderat: rex vero Amanem e vestigio de ea suspendi iubet. itaque ille perit, et opes eius reginae donantur. cognitaque cognatione Mardochaei et Estherae rex eum anulum quem prius Aman habuerat ei dat. eidem et regina facultates Amanis largitur, et regem orat ut Hebraeorum gentem periculo liberet. tum ille suo nomine eam scribere permisit quidquid velit. litterae porro haec continebant. Amanem ut improbum et ingratum accusabant quod insontis populi exitium postulasset, Mardochaeum servatorem nominabant, Iudaeos cele-

ἐκάλουν, καὶ τοὺς Ἰουδαίους τὸν ἄριστον πολιτευομένους τρόπον καὶ τὸν θεὸν σεβομένους· καὶ οὐ μόνον σφᾶς τῆς τιμωρίας ἀπέλυον εἰς ἣν ὁ Ἀμὰν αὐτοὺς ἐξῃτήσατο, ἀλλὰ καὶ τιμῆς ἠξίουν, καὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις χρωμένους ζῆν μετ' εἰρήνης ἐπέτρεπον· καὶ ἐδίδουν ἀμύνεσθαι τῇ τρισκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ δωδεκάτου μηνός, ὅς ἐστιν Ἄδαρ, τοὺς αὐτοὺς ἀδικήσαντας· καὶ τοῖς τῶν χωρῶν σατράπαις ἐκέλευον βοηθεῖν αὐτοῖς, ἵνα τοὺς ἐχθροὺς μετελεύσωνται.

Οἱ δὲ ἐν Σούσοις Ἰουδαῖοι τὰ κατὰ τὸν Μαρδοχαῖον γνόντες, B κοινὴν τὴν εὐπραγίαν ἡγήσαντο, καὶ κατὰ τὴν τρισκαιδεκάτην τοῦ Ἄδαρ μηνός, ὃς κατὰ Μακεδόνας Δύστρος ὠνόμασται, οἵ τε ἐν Σούσοις Ἰουδαῖοι περὶ πεντακοσίους ἀπέκτειναν τῶν ἐχθρῶν, καὶ οἱ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσί τε καὶ χώραις ἑπτακισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους ἀπώλεσαν. οἱ δ' ἐν Σούσοις καὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ τριακοσίους διέφθειραν, τοῦτο αἰτησαμένης Ἐσθήρ· καὶ οἱ δέκα τοῦ Ἀμὰν παῖδες ἀνεσταυρώθησαν, χαρισαμένου καὶ τοῦτο τοῦ βασιλέως αὐτῇ. τὴν δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ μηνὸς ἑορτάσιμον τὸ ἔθνος ἅπαν ἐποίησε. καὶ ἔκτοτε τὰς ἡμέρας καὶ ἄμφω ἑορτάζουσι, φρουραίας ταύτας προσαγορεύοντες. ὁ δὲ C Μαρδοχαῖος μέγας τε ἦν καὶ συνδιεῖπε τῷ βασιλεῖ τὴν ἀρχήν.

Τῆς δ' ἀρχιερωσύνης εἰς Ἰωάνναν μεταπεσούσης τὸν υἱὸν Ἰωδαέ, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰησοῦς, φίλος ὢν Βαγώα τοῦ στρατηγοῦ τῆς Ἀρταξέρξου δυνάμεως, ὑπόσχεσιν ἔσχε τὴν ἀρχιερω-

6 ἄδερ A. ἀδικήσαντας A, ἀδικήσαντος PW. 11 ἄδερ A. 15 ἔφθειραν A. 21 τὸν υἱὸν μεταπεσούσης ἰωδαέ A.

brabant ut qui optima rei publicae forma uterentur et deum colerent, neque supplicio tantum ab Amane praeparato eos liberabant sed et honore afficiebant et suis legibus pacate vivere sinebant, data potestate ut decimo tertio die mensis duodecimi, qui est Adar, ulciscerentur eos a quibus laesi essent; mandabantque provinciarum satrapis ut eis adiumento essent ad ulciscendos inimicos.

Caeterum Susiani Iudaei, Mardochaei eventu cognito, felicitatem eam publicam esse iudicarunt, et decimo tertio die mensis Adar, qui a Macedonibus Dystrus dicitur, circiter 500 ex inimicis occiderunt: qui vero in aliis urbibus et provinciis degebant, 75 milia sustulerunt. iidem Susiani etiam postridie 300 iussu Estherae interfecerunt, decem Amanis liberis in cruces actis, ea quoque re a rege concessa coniugi. decimum quartum vero diem tota gens festum esse iussit. atque ab eo tempore ambos hos dies festos ducunt et praesidiarios appellant. Mardochaeus autem magnus evasit et regis in administrando imperio socius.

Cum vero sacerdotium ad Ioannam Iodais filium rediisset, fratri eius Iesu, amico Bagoae ducis copiarum Artaxerxis, id promissum fuerat.

σύνην λαβεῖν. διὰ ταύτην γοῦν τὴν αἰτίαν ὁ Ἰωάννας παροξυνθεὶς ἐν τῷ ναῷ ἀνεῖλε τὸν ἀδελφόν. καὶ ὁ Βαγώας εὐθὺς ἐπιστὰς εἰς τὸν ναόν τε εἰσῆλθεν εἰπὼν ὡς "εἰ οἱ τὸν φόνον ἐν τῷ ναῷ τολμήσαντες εἰσέρχονται ἐν αὐτῷ, κἀγὼ εἰσελεύσομαι καθαρώτερος τυγχάνων αὐτῶν," καὶ ἐπ' ἔτεσιν ἑπτὰ τοὺς Ἰουδαίους D ἐκάκωσε. τοῦ Ἰωάννα δὲ τὴν ζωὴν καταστρέψαντος διαδέχεται τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰωάδ. ἦν δὲ καὶ τούτῳ ἀδελφὸς Μανασσῆς, ᾧ Σαναβαλέτης Δαρείου σατράπης τοῦ τελευταίου βασιλέως Περσῶν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα συνῴκισε, Νικασὼ καλουμένην. οἱ δὲ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν λογάδες ἐστασίαζον ὅτι ἀλλοφύλῳ συνῴκησεν ὁ τοῦ ἀρχιερέως ἀδελφός, καὶ ἢ διαζεύγνυσθαι ταύτης ἐκέλευον, ἢ τοῦ θυσιαστηρίου ἀπέχεσθαι. ὁ δὲ W I 131 πρὸς τὸν πενθερὸν ἀφικόμενος διηγήσατο ταῦτα. τοῦ δὲ Σαναβαλέτου καὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτῷ τηρήσειν ὑπισχνουμένου καὶ ἀρχιερέα ἀποδείξειν καὶ ἡγεμόνα ὧν αὐτὸς ἦρχε τόπων εἰ τῆς P I 183 αὐτοῦ θυγατρὸς μὴ ἀπόσχοιτο, καὶ ναὸν οἰκοδομήσειν ἐπὶ τοῦ Γαριζὶν ὄρους, ὃ τῶν κατὰ Σαμάρειαν ὀρῶν ἐστιν ὑψηλότατον, τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις κρείττονα ἐπαγγελλομένου μετὰ γνώμης τοῦ βασιλέως Δαρείου, ἐπαρθεὶς τούτοις ὁ Μανασσῆς κατέμενε παρὰ τῷ Σαναβαλέτῃ. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ἱερέων καὶ Ἰσραηλιτῶν τοιούτοις γάμοις ἐμπεπλεγμένων πάντες συνῄεσαν πρὸς τὸν Μανασσῆν. ὁ μὲν οὖν Σαναβαλέτης τῷ βασιλεῖ Δαρείῳ τὴν περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ ἐν Γαριζὶν ἀξίωσιν προσάγειν ἡτοίμαστο,

3 οἱ om A. 8 σατράπης δαρείου A. 14 τηρήσειν A Iosephus, συντηρήσειν PW. ὑποσχομένου A. 15 τοπίων A. 17 ὀρῶν ἐστιν A Iosephus, ἐστὶν ὀρῶν PW. 21 συνήνεσαν A.

qua re Ioannas irritatus fratrem in aede sustulit. Bagoas igitur statim adest, ac templum ingressus "si ii qui caedem in templo commiserunt" inquit "templum ingrediuntur, et ego ingrediar, qui sum illis purior." et Iudaeos per annos septem vexavit. Ioannae defuncto Ioad filius in pontificatu succedit. is fratrem habuit Manassem, cui Sanabaletes Darii postremi Persarum regis satrapes filiam Nicaso in matrimonium dederat. sed cum Hierosolymitani proceres tumultuarentur quod pontificis frater peregrinam uxorem haberet, eamque vel repudiare vel sacrario abstinere iuberent, Manasses socero negotium exposuit. cui ille pollicetur se ei et sacerdotium conservaturum atque etiam pontificem et ducem eorum locorum quibus ipse imperaret creaturum, si filiam suam retineret; et in Garizino, Samaritanorum montium altissimo, de sententia Darii regis Persarum templum Hierosolymitano illustrius esse conditurum. his pollicitationibus Manasses adductus apud Sanabaletem mansit: ad eumque se multi etiam alii sacerdotes Israelitici, talibus implicati coniugiis, contulerunt. ac Sanabaletes quidem in eo erat ut a Dario templi in Gari-

ὁ δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ συμβαλὼν ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας καὶ ἡττηθεὶς ἔφυγεν. ἀπογνοὺς οὖν ὁ Σαναβαλέτης Δαρεῖον, τῷ Ἀλε- B ξάνδρῳ πρόσεισι σὺν ὀκτακισχιλίοις τῶν ὑπ' αὐτόν, καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς τόπους ὧν ἦρχεν ἔλεγε παραδιδόναι αὐτῷ. προσδεξαμένου δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου αὐτόν, θαρρῶν ἤδη περὶ τοῦ γαμβροῦ καὶ τῆς τοῦ ναοῦ ἀνεγέρσεως ἐν τῷ Γαριζὶν προσῆγεν ἀξίωσιν. καὶ ἐπιτραπεὶς τὴν οἰκοδομήν, σὺν πάσῃ σπουδῇ τὸν ναὸν ᾠκοδόμησε, καὶ Μανασσῆν τὸν γαμβρὸν ἀρχιερέα κατέστησεν.

8. Ἐπεὶ δὲ μνείαν τοῦ Ἀλεξάνδρου ὁ τῆς ἱστορίας λόγος πεποίηται, καλὸν καὶ τούτου τάς πράξεις τε καὶ τὰ ἤθη καὶ ὅθεν κἀκ τίνων ἔφυ κατ' ἐπιδρομὴν διηγήσασθαι, καὶ οὕτως C αὖθις ἐπαναγαγεῖν τὸν λόγον πρὸς τὴν συνέχειαν· καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπεδήμησε, καί τι θαύματος ἄξιον γέγονε πρὸς τὸν ἀρχιερέα καὶ τὸν λαὸν ἐξ αὐτοῦ, καὶ αὐτός τι θεῖον ὅραμα διηγήσατο, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ· ἃ προϊὼν ὁ λόγος μετὰ τὴν περὶ αὐτοῦ ἱστορίαν διδάξει.

Οὗτος Φιλίππου μὲν ἦν τοῦ Μακεδόνων βασιλέως υἱὸς ἐξ Ὀλυμπιάδος αὐτῷ γεννηθείς, μυθεύεται δὲ Ἄμμωνος εἶναι υἱός, ἐν εἴδει δράκοντος τῇ Ὀλυμπιάδι συνευνασθέντος· Ἄμμωνα δὲ τὸν Δία φασίν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθος· λέγεται δὲ τὴν μητέρα αὐτοῦ, πρὸ τῆς νυκτὸς ἧ τῷ Φιλίππῳ συγκατηυνάσθη, ἐν ὀνείρῳ D

3 ὀκτακοσίοις A: alterum Iosephus. 8 καὶ] καὶ τὸν A. 9 ὁ A, καὶ ὁ PW. 13 καί τι] καὶ τὸ A ex corr. 15 Ἰώσηπος] Ant. 11 8 5. 16 διδάξει] infra cap. 15. 19 ἐν εἴδει om A. 21 συγκατευνάσθη A.

Fontes. *Cap. 8.* *Plutarchi Alexander* 2—9.

zino condendi facultatem impetraret. sed rege ad Issum ab Alexandro profligato, desperatis illius rebus, cum octo milibus quibus praeerat ad Alexandrum profectus seipsum et provincias ei tradit. a quo receptus iam audacter causam generi et templi Garizinii proponit. voti compos factus, omnique studio structura absoluta, generum pontificem constituit.

8. Sed quia in Alexandri mentionem incidimus, non alienum fuerit huius etiam res gestas, mores et natales perstringere breviter, eoque facto ad institutae historiae seriem redire; vel ea de causa quod Hierosolyma adiit, et ab eo aliquid admiratione dignum et pontifici et populo accidit, atque ipse divinam quandam visionem exposuit, ut Iosephus refert: quae in progressu eius historiae referentur.

Hic Philippi regis Macedonum filius fuit natus ex Olympiade. caeterum fabulantur eum Ammone satum esse, qui specie draconis Olympiadem fuerit amplexus: Ammonem autem Iovem appellant. sed hoc fabulosum est: illud autem fertur, matrem eius ante eam noctem

δόξαι κεραυνὸν ἐμπεσεῖν αὐτῆς τῇ γαστρί, κἀκ τούτου πῦρ ἐξα-
φθῆναι πολύ, καὶ τοῦτο πάντη φερόμενον διαλυθῆναι. μετὰ δὲ
τὸν γάμον ὁ Φίλιππος καθ' ὕπνους ἐδόκει σφραγῖδα τῇ γαστρὶ
τῆς γυναικὸς ἐπιβαλεῖν, ἐγγεγλύφθαι δὲ τῇ σφραγῖδι λέοντα.
οἱ μὲν οὖν ἄλλοι μάντεις ἄλλως τὸν ὄνειρον ἔκρινον, Ἀρίστανδρος
δὲ κύειν ἔφη τὴν σφραγισθεῖσαν· μὴ γὰρ δὴ σφραγίζεσθαι τὰ
κενά· θυμοειδῆ δ' ἀποβήσεσθαι καὶ λεοντώδη τὸν τεχθησόμενον.
ἐγεννήθη δὲ καθ' ἣν ἡμέραν ἐν Ἐφέσῳ ὁ ναὸς τῆς Ἀρτέμιδος
P.I 184 ἐνεπέπρηστο· ὅτε καί τινες ἐκεῖ παρόντες τῶν μάγων διαθέοντες
ἄτην καὶ συμφορὰν βαρεῖαν τὴν ἡμέραν ἐκείνην τῇ Ἀσίᾳ τεκεῖν
ἔλεγον.

Ἦν δὲ τὴν χρόαν λευκὸς ὁ Ἀλέξανδρος, ἡ λευκότης δ'
ἐφοινίσσετο περὶ τὸ στῆθος μάλιστα καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἡδεῖά
τις ἐκ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἀπέπνει ἀποφορὰ κἀκ τοῦ στόματος.
τούτου δ' αἴτιον ἡ θερμότης ἂν εἴη τοῦ σώματος· πυρῶδες γὰρ
ὂν καὶ πολύθερμον, ἀνήλισκε τὰ ὑγρὰ καὶ οὐδὲν ἐπιπολάζειν αὐ-
τοῦ τῷ σώματι σηπεδονῶδες εἴα. παρενέφαινε δὲ παιδόθεν τὴν
B ἐμβρίθειαν τοῦ φρονήματος. ποδώκης γὰρ ὤν, πρὸς τοὺς ἐρο-
μένους εἰ Ὀλυμπίασιν ἀγωνίσεται στάδιον εἶπεν "εἰ βασιλεῦσιν
ἀνταγωνίσασθαι ἔμελλον." εἰ δὲ πόλις τις τῶν ἐπιφανῶν ἁλοῦσα
παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἀπηγγέλη, ἢ ἐν μάχῃ νίκη γεγονυῖα περι-

5 Ἀρίστανδρος] sic PW. ἀρίσταρχος A et codices Wolfii ac Ducangii. "legendum ex Plutarcho et aliis ἀρίστανδρος" *Wolfius*: idem fere *Ducangius*. infra, p. 344 v. 5, recte in libris omnibus Ἀριστάνδρου. 17 σηπεδῶνες A. παρέφαινε παιδόθεν καὶ τὴν A.

qua cum Philippo concubuerit somnio putasse fulmen in uterum suum illapsum esse, atque inde magnam exstitisse flammam, quae cum passim vagaretur, evanesceret. post nuptias autem Philippus per somnum sibi visus est imprimere sigillum utero uxoris, leonis imagine. id somnium coniectoribus aliis aliter interpretantibus, Aristander reginam ferre uterum respondit: neque enim obsignari solere inania: puerum vero, qui ex eo conceptu exspectaretur, fore animosum et leonino ingenio. natus est eo die quo Ephesiae Dianae templum conflagravit: et magi quidam illic circumcursantes exclamarunt magnum Asiae malum et calamitatem eo die natum esse.

Fuit colore ita candido, ut is circa faciem et pectus maxime purpurasceret. suavis item e corpore et ore eius fragrabat odor: cuius utique causa fuit calor et ardor corporis, quo humores, unde putere corpora queant, consumebantur. animi gravitatem puer etiamnum prae se tulit. nam cum celeritate pedum valeret, rogatus an Olympiae in stadio decursurus esset, respondit se facturum si reges concertatores haberet. cum vel urbs insignis capta vel illustris victoria parta a

φωνῆς, ὥσπερ ἀχθόμενος τοῖς ἥλιξιν ἔλεγεν ὡς "οὐδὲν ἐμοὶ σὺν ὑμῖν ὁ πατὴρ ἀπολείψει λαμπρόν τι ἔργον ἐνδείξασθαι." τοῦ Βουκεφάλα δ' ἵππου κομισθέντος Φιλίππῳ τρισκαίδεκα ταλάντων τιμῆς, καὶ μήτε ἀναβάτην προσιεμένου ὡς τῷ Φιλίππῳ ἐδείκνυτο μήτε φωνὴν ὑπομένοντος, κἀντεῦθεν δυσχρήστου δόξαντος W I 132 C
κομιδῇ, "οἷον ἵππον" ὁ Ἀλέξανδρος ἔφη "μὴ εἰδότες χρήσασθαι ἀποπέμπονται." καὶ ὁ πατὴρ ἐπιτιμῶν αὐτῷ εἶπε "σὺ δὲ χρήσασθαι δυνήσῃ αὐτῷ;" ὁ δ' ἀπεκρίθη "βέλτιον ἂν ἑτέρου τούτῳ χρησαίμην." καὶ χρήσασθαι τῷ ἵππῳ ἐπιτραπείς, παραλαβὼν τὴν ἡνίαν ἐπέστρεψε πρὸς τὸν ἥλιον, συνεὶς ἴσως ὅτι τῇ σκιᾷ πρὸ αὐτοῦ σαλευομένῃ διεταράττετο. βραχὺ δὲ καταψήσας αὐτὸν ἀνέθορε καὶ ἐπέβη αὐτοῦ, καὶ παρακαλπάσας μικρὸν ἀφῆκε πρὸς δρόμον· ἠγωνίων δ' οἱ βλέποντες. ἤδη δ' ἐπιστραφέντος D
σὺν φρονήματι καὶ χαρᾷ, οἱ μὲν περὶ Φίλιππον ἀνεβόησαν, ἐκεῖνος δὲ χαρμόσυνα προήνεγκε δάκρυα, καὶ φιλήσας τὸν παῖδα "ζήτει, τέκνον" ἔφη, "σοὶ βασιλείαν ἀνάλογον· Μακεδονία γάρ σε οὐ χωρεῖ." ἦν δὲ ἡ φύσις αὐτῷ δυσκίνητος μὲν ἐπιτασσομένῳ, εἰ δὲ λόγῳ τις αὐτὸν καὶ πειθοῖ μετῄει, πειθήνιος. ὡμίλησε δὲ τῷ Ἀριστοτέλει, μετασχὼν οὐ μόνον τοῦ ἠθικοῦ καὶ πολιτικοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρητοτέρων, οὓς οὐκ ἐκοινοῦντο πολλοῖς, ἐποπτικοὺς καὶ ἀκροαματικοὺς καλοῦντες αὐτούς. φέρα-

3 βουκεφάλου A. 11 πρὸς αὐτ σαλευομένη ἐταράττετο A.
12 αὐτὸν om A. 13 δ' post ἤδη om A.

Philippo nuntiabatur, quasi aegre ferens ad aequales dicebat "pater nullius egregiae rei vobiscum gerendae occasionem mihi relicturus est." Bucephalas equus ad Philippum allatus, qui tredecim talentis aestimabatur, cum nec sessorem tum cum regi ostenderetur admitteret nec vocem ferret, ob eamque rem inutilis putaretur, "qualem" inquit "equum ob tractandi imperitiam reiiciunt." quod dictum pater reprehendens "tu vero" inquit "eum tractare poteris?" tum ille "melius utique quovis alio:" permissuque patris prehensis habenis eum ad solem convertit, quod fortassis animadverterat eum umbrae ante oculos agitatione perturbari. cumque eum paululum demulsisset manu, insiliit atque insedit, et parumper cohortatus ad cursum dimisit. quod qui videbant, solliciti erant. ut autem alacer et laetus revertebatur, Philippi comites exclamabant; ipse vero rex, prae laetitia lacrimabundus, puerum deosculatus "quaerito" inquit, "fili, regnum tibi par: nam te Macedonia non capit." ingenio fuit ad imperata contumaci sed rationibus et suasionibus tractabili. magistro usus est Aristotele: nec doctrinam de moribus duntaxat gerendaque re publica percepit sed et arcanarum rerum scientiam, quae quod paucis communicaretur, epoptica et acroamatica dicebatur.

ται γὰρ πρὸς Ἀριστοτέλην αὐτοῦ ἐπιστόλιον οὕτως ἔχον "οὐκ
P I 185 ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων· τίνι γὰρ τῶν ἄλλων διοίσομεν εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί;" ὁ δὲ ἀντεπέστειλεν ὡς "ἐκδέδονται καὶ οὐκ ἐκδέδονται," διὰ τούτων δηλῶν τὴν ἀσάφειαν καὶ τὸ δυσκατάληπτον. καὶ τῆς ἰατρικῆς δὲ οὐ τὸ θεωρητικὸν μετῄει μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν πρᾶξιν αὐτήν. ἑξκαιδεκέτης δὲ γεγονώς, καὶ τοῦ φρονήματος καὶ τῆς ἀνδρείας ἀπόπειραν ἤδη διδούς, ὑπερηγαπᾶτο πρὸς τοῦ πατρός· διὰ δὲ τοὺς παρ' ἡλικίαν ἔρωτας τοῦ Φιλίππου καὶ τὸ τῆς μητρὸς ζηλότυπον καὶ βαρύθυμον ὁ Ἀλέξανδρος ἔσχε πρὸς τὸν πατέρα διαφοράς.

B 9. Παυσανίου δὲ τὸν Φίλιππον κτείναντος παρέλαβε τὴν βασιλείαν εἴκοσι τυγχάνων ἐτῶν, καὶ τεταραγμένων πάντοθεν τῇ ἀρχῇ τῶν πραγμάτων, τόλμῃ καὶ βάρει φρονήματος αὐτὰ ταχὺ κατεστήσατο, τὰς μὲν Θήβας ἑλὼν καὶ κατασκάψας καὶ τοὺς ἁλόντας τῶν Θηβαίων ἀποδόμενος, Ἀθηναίοις δέ γε σπεισάμενος. ὅτε καὶ Τιμόκλειαν γυναῖκα Θηβαίαν, καὶ τῶν ἐπιφανῶν, Θρᾷξ τις τῶν ἡγεμόνων κατῄσχυνε βιασάμενος, εἶτα περὶ χρημάτων ἀνέκρινεν. ἡ δὲ μόνον αὐτὸν ἀπολαβοῦσα εἰς φρέαρ ἀπήγαγεν, ἐν τούτῳ φαμένη τῶν κειμηλίων κατακρύψαι τὰ κάλλιστα. τοῦ δ' ἡγεμόνος ἐπικλιθέντος τῷ στομίῳ τοῦ
C φρέατος, ὦσεν αὐτὸν ἡ γυνὴ κατ' αὐτοῦ καὶ λίθους ἄνωθεν

1 ἀριστοτέλην A, Ἀριστοτέλη PW. 4 ἐκδέδοται καὶ οὐκ ἐκδέδοται A. 7 ἑξκαιδεκάτου A. 22 λίθοις A.

Fontes. *Cap.* 9. *Plutarchi Alexander* 10—21.

ac circumfertur eius epistolium ad Aristotelem in hanc sententiam "non recte fecisti acroamaticis disputationibus editis: nam qua re aliis praecellemus, si ea doctrina, qua eruditi sumus, communis erit omnibus?" at ille respondit "editae sunt et non editae:" quibus verbis obscuritatem illarum rerum et intelligendi difficultatem significabat. medicinae non scientiam duntaxat sed ipsam etiam actionem tractavit. annos natus sedecim cum generosi et fortis animi iam specimina ederet, supra modum a patre amabatur: cum quo tamen ei non optime convenit ob amores illius aetati indecoros et matris zelotypiam et asperitatem.

9. Philippo a Pausania interfecto in regno successit annos viginti natus; et quamvis res imperii undique turbatae essent, eas tamen audacia et consilii gravitate celeriter composuit, Thebis captis et eversis captivisque venditis, et pace cum Atheniensibus facta. in Thebarum excidio Thrax quidam dux illustrem matronam Timocleam vi constupravit, ac deinde ubi pecunia eius esset percontatus est. quem illa solum ad puteum quendam deduxit, in eoque se ornamenta sua pulcherrima abscondisse dixit; cumque dux ad orificium putei sese inclinasset,

βαλοῦσα ἔκτεινεν. ἣν δέσμιον πρὸς αὐτὸν ἀχθεῖσαν ἠρώτησεν ὁ Ἀλέξανδρος ἥτις εἴη. ἡ δὲ ἀτρέστως "Θεαγένους εἰμὶ ἀδελφή" ἀπεκρίνατο, "ὃς πρὸς Φίλιππον ᾑρέθη στρατηγὸς καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλήνων ἀγωνιζόμενος ἐλευθερίας ἔπεσεν." ἀγάμενος οὖν τήν τε μεγαλοφροσύνην τῆς γυναικὸς ὁ Ἀλέξανδρος καὶ τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς, ἐλευθέραν σὺν τοῖς τέκνοις ἀπέλυσε. πρὸς Διογένην δὲ τὸν Σινωπέα περὶ Κόρινθον διατρίβοντα ἀπελθών, καὶ ἡλίῳ θαλπόμενον εὑρηκώς, ἠσπάσατό τε τὸν ἄνδρα καὶ εἴ τινος δέοιτο ἤρετο. ὁ δὲ τῆς τοῦ ἡλίου εἶπεν ἀλέας δεῖσθαι, καὶ μεταστῆναι D αὐτὸν ἠξίου. ἀπιόντος δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου οἱ περὶ αὐτὸν κατεγέλων τοῦ Διογένους· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, θαυμάζων τὸ ὑπεροπτικὸν τοῦ ἀνδρός, ὡς "εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην."

Ὁρμήσας δὲ εἰς τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ στρατείαν οὐ πρότερον W I 133 τῆς νηὸς ἐπέβη πρὶν τῷ μὲν τῶν ἑταίρων ἀγρὸν ἀπονεῖμαι, τῷ δὲ κώμην, τῷ δὲ πρόσοδον ἄλλην. τοῦ δὲ Περδίκκου "τί δ', ὦ βασιλεῦ, σεαυτῷ καταλείπεις;" εἰπόντος, "τὰς ἐλπίδας" ἐκεῖνος ἀντέφησε. διαβάντι δὲ τὸν Ἑλλήσποντον οἱ τοῦ Δαρείου σατράπαι μετὰ βαρείας δυνάμεως περὶ τὴν τοῦ Γρανικοῦ διάβασιν αὐτῷ συνηντήκεισαν. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν τὸ βάθος δεδιό- P I 186 των τοῦ ποταμοῦ, τοῦ ῥοθίου τε τὴν φορὰν καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις τῶν πολεμίων ἐπίθεσιν, ἐκεῖνος σὺν ἴλαις ἱππέων τρισκαίδεκα

1 ἠρώτησεν W, ἐρώτησεν P. 2 Θεογένους A. 4 ἐλευθερίας ἀγωνιζόμενος A.

mulier eum impulit ac deiectum saxis iniectis interfecit. eam Alexander vinctam ad se perductam interrogavit quae esset. respondit illa intrepide se Theagenis esse sororem qui dux contra Philippum electus pro defensione libertatis Graecorum occubuerit. eius igitur indolem et animi magnitudinem admiratus liberam cum liberis suis dimisit. cum ad Diogenem Sinopensem, qui Corinthi degebat, venisset, eumque salutatum rogasset num qua re egeret, respondit ille sibi opus esse calore solis, utque inde discederet petiit. Alexandro digresso comites eius Diogenem deridebant. quibus ille, sublimem viri animum admiratus, dixit se, nisi Alexander esset, Diogenem esse velle.

Asiaticam expeditionem cum moliretur, navem non conscendit prius quam amicorum aliis agros, aliis pagos, aliis reditus aliquos donasset. — quo facto a Perdicca rogatus quid sibi ipsi reservaret, "spem" inquit. cum Hellespontum traiecisset, satrapae Darii circa transitum Granici cum magnis copiis occurrerunt. militibus autem profunditatem et impetum fluminis atque etiam hostium aggressionem reformidantibus, ipse cum tredecim equitum turmis flumen est ingressus,

ἐμβάλλει τῷ ῥεύματι, πρὸς αὐτὸ ἀποκινδυνεύων καὶ πρὸς τοὺς
ἐναντίους καὶ πρὸς ἀποβάσεις ὀχθώδεις καὶ ἀπορρῶγας. διὸ καὶ
μανικῶς μᾶλλον ἀλλ' οὐ στρατηγικῶς ἔδοξε τότε ποιήσασθαι τὴν
διάβασιν. οὕτω δὲ διαβὰς φύρδην ἠναγκάζετο μάχεσθαι. καὶ
πολλῶν πρὸς αὐτὸν ὡρμηκότων (ἦν γὰρ ἐκ τῶν ὅπλων διάδηλος)
ἀκοντισθεὶς μὲν οὐκ ἐτρώθη, κοπίδι δὲ τὸ κράνος αὐτοῦ πλή-
B ξαντός τινος, μέχρι τοσούτου τοῦ κράνους καθίκετο ἡ πληγή,
ὡς καὶ τῶν τριχῶν αὐτοῦ παραψαῦσαι τὴν κοπίδα. τῆς μάχης
δ' οὕτω συνισταμένης τὸν Γρανικὸν αἱ Μακεδονικαὶ δυνάμεις
διαβεβήκασι· καὶ οἱ τοῦ Δαρείου οὐκέτι ἀντεῖχον, ἀλλ' ἔκλιναν
εἰς φυγήν. ἐκ γοῦν τῆς μάχης ταύτης πολλή τις ἐγένετο πρὸς
εὐτυχίαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ φορά· αἵ τε γὰρ Σάρδεις οἱ προσεχώ-
ρησαν καὶ τἆλλα προσέθεντο. ἐντεῦθεν εἰς τὴν παραλίαν ἐτρά-
πετο, καὶ τήν τε Παμφυλίαν ἔσχε καὶ Κιλικίαν τε καὶ Φοινίκην
Πισιδίαν τε καὶ Φρυγίαν· εἶτα Παφλαγόνας καὶ Καππαδόκας
ἐχειρώσατο.

Δαρεῖος δὲ ἐκ Σούσων σὺν ἑξήκοντα μυριάσιν ὥρμησε,
C τῷ τε πλήθει τῆς στρατιᾶς ἐπηρμένος καὶ θάρσος ἔχων ὡς δει-
λιῶντος Ἀλεξάνδρου, ὅτι ἐπὶ μακρὸν ἐκεῖνος ἐν Κιλικίᾳ διέτριβε.
τὸ δὲ διὰ νόσον ἦν. ὅτε πρὸς τῶν ἄλλων μὲν ἀπέγνωστο ἰατρῶν,
Φίλιππος δὲ μόνος ὁ Ἀκαρνὰν ἐθάρσησε φαρμακεῦσαι αὐτόν.
τοῦ δὲ Παρμενίωνος φθάσαντος ἐπιστεῖλαι αὐτῷ, ὑπὸ Δαρείου
διεφθάρθαι τὸν Φίλιππον δωρεαῖς μεγάλαις καὶ ὑποσχέσεσιν εἰ

14 καὶ post ἔσχε om A. 18 θράσος A.

eademque opera et ipsum et hostes et ripas altiores ac praeruptas est periclitatus, ut furiose magis quam prudenter transisse putaretur. flumine ad hunc modum superato tumultuariam pugnam committere est coactus; et multis contra se ruentibus (erat enim ex armis notus) iaculo ictus quidem sed non vulneratus est: quidam autem eius galeae tantam plagam gladio intulit ut capillos etiam perstringeret. dum pugna ita committitur Macedonicae copiae Granicum transierunt: quarum vim Darii milites non ferentes fugae se mandarunt. eius praelii successus Alexandro magnae felicitatis fuit occasio: nam et Sardes in deditionem accepit, et reliqua se cum eo coniunxerunt. inde ad oram maritimam conversus Pamphyliam Ciliciam et Phoeniciam occupavit, Pisidiamque et Phrygiam: deinde Paphlagones et Cappadoces subegit.

Darius autem Susis profectus est cum sexcentis milibus, tum exercitus magnitudine elatus, tum eo fretus quod Alexandrum ob longiorem in Cilicia moram timere arbitrabatur. id vero ob morbum fiebat: cuius curatione a caeteris omnibus medicis desperata, solus Philippus Acarnan ei medicinam adhibere ausus est. quem cum Parmenio scripsisset a Dario corruptum esse ingentibus muneribus et pollicitationibus

αὐτὸν ἀνέλοι, τὴν ἐπιστολὴν ἐπῆλθε καὶ μηδενὶ περὶ αὐτῆς ἐκφήνας εἶχε παρ' ἑαυτῷ. ἄρτι δὲ τοῦ Φιλίππου τὴν κύλικα τοῦ φαρμάκου προσαγαγόντος αὐτῷ, αὐτὸς μὲν θαρρῶν ἐδέξατο ταύ- D την, ἐκείνῳ δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείρισε. καὶ ὁ μὲν ἔπινεν ὁ δὲ ἀνεγίνωσκεν ἐνορῶντες ἀλλήλοις, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἐν ὄψει χαριέσσῃ καὶ ἱλαρᾷ, ὁ δὲ Φίλιππος ἐν περιδεεῖ καὶ τεθορυβημένῃ. τοῦ δὲ Δαρείου σπεύδοντος ἐπ' Ἀλέξανδρον, ἵν', ὡς ἔλεγε, μὴ ἀποδράσωσιν οἱ πολέμιοι, Μακεδὼν Ἀμύντας ὢν αὐτόμολος παρ' αὐτῷ "θάρρει" ἔφη "ὦ βασιλεῦ· οὐ γὰρ φεύξεται ὁ Ἀλέξανδρος, ἀλλ' ὅσον ἤδη βαδιεῖται πρὸς σέ."

Ἐν Ἰσσῷ δὲ τῆς Κιλικίας τῆς μάχης συγκροτηθείσης, πολλὴν μὲν καὶ ὁ τόπος διὰ τὴν στένωσιν παρέσχε ῥοπὴν τῷ Ἀλε- P I 187 ξάνδρῳ, πλείω δ' αὐτὸς ἑαυτῷ δεξιῶς στρατηγήσας. ὅτε καὶ τὸν μηρὸν ἐπλήγη ξίφει, ἐν τοῖς προμάχοις ἀγωνιζόμενος. περιφανῶς δὲ νικήσας Δαρεῖον μὲν οὐχ εἷλε φυγόντα, τὸ ἅρμα δὲ καὶ τὸ τόξον αὐτοῦ ἔλαβε. τὸ δὲ Δαρείου στρατόπεδον διηρπάγη παρὰ τῶν Μακεδόνων, ἡ μέντοι τοῦ Δαρείου σκηνὴ τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐξῄρητο μετὰ τῆς θεραπείας καὶ τοῦ πλούτου καὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς. εἶτα τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα Δαρείου καὶ δύο θυγατέρας αἰχμαλώτους ἄγεσθαί τις ἀγγέλλει αὐτῷ, ὀλολυζούσας ὡς τεθνηκότος Δαρείου ἐπεὶ τὸ ἅρμα ἐκείνου καὶ τὰ τόξα ληφθέντα τεθέανται. περιπαθήσας δὲ πρὸς τὴν B

4 ἐνεχείρησε A. 9 βασιλεῦ A Plutarchus, Δέσποτα PW. φεύξεται] φθέγξεται A. 12 μὲν ὁ τόπος στένωσιν τῷ ἀλεξ. παρέσχε ῥοπήν· πλείω A, 20 δύω PW. 22 δὲ πρὸς] διὰ A.

si eum sustulisset, ea epistola Alexander lecta asservataque, ac re nemini communicata, calicem medicamenti a Philippo oblatum accepit alacer, illi vero epistolam dedit. sic alter bibit, alter legit, uterque alterum intuens: Alexander vultu iucundo et hilari, Philippus sollicito et perturbato. cum autem Darius contra Alexandrum festinaret, ne, ut dicebat, hostes aufugerent, Amyntas Macedo transfuga bono animo eum esse iussit: neque enim fugiturum Alexandrum sed statim contra ipsum iturum esse.

Commisso autem in Isso Ciliciae praelio magnum quidem et ipsius loci angustiae momentum Alexandro ad victoriam attulerunt, sed ipsius dexteritas et sollertia longe maius. tunc inter principes pugnans ense femur est vulneratus. victoriam illustrem adeptus, Dario fuga elapso, curru et arcu eius est potitus: castra a Macedonibus direpta sunt, ac Darii tentorium cum ministeriis, opibus, omnique apparatu Alexandro exemptum. deinde cum ei nuntiaretur, Darii matrem, uxorem, et duas filias captivas duci, Darium pro mortuo deplorantes quod eius currum et arcum captum vidissent, commotus eo nuntio propter fortunae incon-

ἀγγελίαν διὰ τὸ τῆς τύχης ἀστάθμητον, πέμπει τινὰ πρὸς τὰς
W I 134 γυναῖκας ἐροῦντα ὅτι τε ζῇ Δαρεῖος καὶ ὅτι αὐταῖς οὐδὲν ἀηδὲς ἀπαντήσεται· οὐ γὰρ ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι Δαρεῖον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῷ διαφέρεσθαι. οὔτε δὲ τῆς θεραπείας ἣν εἶχον ἀφείλετό τι οὔτε εἰς ὄψιν ἦλθεν αὐταῖς οὔτε ἀνάξιόν τι παρά του ταύτας παθεῖν ἢ προσδοκῆσαι ἠνέσχετο.

10. Ἤδη δὲ νενικηκὼς ἐν Ἰσσῷ γέγονεν ἐγκρατὴς καὶ τῆς Δαμασκοῦ, ἔνθα οἱ Πέρσαι καὶ Δαρεῖος αὐτὸς τά τε χρήματα
C καὶ τῆς ἀποσκευῆς τὰ πλείω κατέλιπον. μετὰ δὲ ταῦτα ἥ τε Κύπρος καὶ ἡ Φοινίκη, τῆς Τύρου χωρίς, αὐτῷ ἐγκεχείριστο. ἡ δὲ Τύρος πολιορκίᾳ ἑάλω, διττοὺς ὀνείρους ἐν τῷ ταύτην πολιορκεῖν τοῦ Ἀλεξάνδρου θεασαμένου. ἐδόκει γὰρ ὁ Ἡρακλῆς καλῶν αὐτὸν ἐκ τοῦ τείχους καὶ δεξιούμενος. ὁ δὲ ἕτερος ὄνειρος Σάτυρον αὐτῷ ἐδείκνυ προσπαίζοντα, καὶ βουλομένου συσχεῖν διαφεύγοντα, ὀψὲ δὲ εἰς χεῖρας ἐλθόντα αὐτῷ. ἐκρίθη δ' οὗτος ὁ ὄνειρος δηλοῦν αὐτῷ κατὰ διαίρεσιν τοῦ ὀνόματος ὡς
D "σὰ Τύρος ἔσται." εἶτα τὴν Γάζαν πολιορκῶν, πόλιν τῆς Συρίας μεγάλην, ἐπλήγη τὸν ὦμον λίθῳ, τὴν δὲ πόλιν κατέσχε. κυριεύσας δὲ τῆς Αἰγύπτου ἠβουλήθη πόλιν ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδα εἰς ὄνομα οἰκεῖον ἱδρύσασθαι, καί τινα τόπον ἤδη τῇ πόλει ἀφώρισε. κοιμωμένῳ δὲ ἀνὴρ ἔδοξεν ἐπιστῆναι πολιός τε καὶ

4 ἣν] ἧς A. 5 οὔτε παρά του ἀνάξιόν τι ταύτας A. 14 προσπέζοντα A. βουλομένου A Plutarchus, βουλομένῳ PW.

Fontes. *Cap.* 10. *Plutarchi Alexander* 24—30.

stantiam, quendam ad mulieres mittit qui eis indicet Darium vivere, neque eis quidquam molestiae illatum iri: neque enim se Darium hostem iudicare, sed cum eo de imperio certare. neque de ministeriis quae habebant quidquam eis detraxit, neque in conspectum earum venit, neque passus est ut ab ullo quidquam indignum vel sustinerent vel exspectarent.

10. Post Issicam victoriam etiam Damasci est potitus, ubi Persae et ipse Darius pecunias et maximam impedimentorum partem reliquerant. post haec Cyprus et Phoenicia, excepta Tyro, sunt ei traditae: Tyrus obsidione capta est. quam dum oppugnat, duo somnia vidit: altero putabat se ab Hercule de moenibus vocari, porrigente dexteram: alterum ei satyrum ostendebat secum colludentem, qui iamiam comprehendendus effugeret, ac sero tandem in manus suas veniret. id coniectores interpretati sunt significare Tyri possessionem: nam satyrus, si vocabulum dividas, notat "tua Tyrus." deinde cum Gazam urbem Syriae magnam oppugnaret, saxo humerum ictus est, urbem vero cepit. Aegypto in potestatem suam redacta urbem in ea Graecam de suo nomine condere voluit, et locum quendam ad structuram designavit.

γεραρός, εἶναι δὲ τὸν φανέντα τὸν Ὅμηρον, καὶ λέγειν τὰ ἔπη ταῦτα

νῆσος ἔπειτά τίς ἐστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Αἰγύπτου προπάροιθε· Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσιν.

ἀναθορὼν οὖν αὐτίκα πρὸς τὴν Φάρον ἀφίκετο, καὶ τῇ τοῦ τό- P I 188
που ἀρεσθεὶς εὐφυΐᾳ, ἐκεῖ τὴν πόλιν ἱδρύσατο, ἠπειρώσας αὐτὴν διὰ χώματος, νῆσον οὖσαν τὸ πρότερον. λέγεται δὲ ὡς ἡσθεὶς τῇ τοῦ τόπου φυσικῇ ἐπιτηδειότητι ἔφη ὡς Ὅμηρος ἄρα τἆλλά τε μέγας ἦν καὶ ἀρχιτέκτων σοφός. εἰς Ἄμμωνος δὲ ἱερὸν ἀπιὼν δι' ἀνύδρου καὶ ἀμμώδους τόπου, τὴν αὐτῷ παρομαρτοῦσαν ἐν ἅπασιν εὐτυχίαν εὗρε κἀκεῖ τὸ ἐργῶδες τῆς πορείας ἐκείνης ἐπικουφίζουσαν. ὑετοὶ γὰρ γενόμενοι τὸν ἐκ τῆς ἀνυδρίας κίνδυνον διεκρούσαντο καὶ τὸν ἀέρα εὐκραῆ πεποιήκασιν, ὑγρανθείσης τῆς ἄμμου καὶ συμπιληθείσης ἐκ τῆς ὑγρότητος. τῶν δὲ τῆς ὁδοῦ B
γνωρισμάτων συγχυθέντων οἱ ταύτης ἡγεμόνες πεπλάνηντο· κόρακες δὲ ὑπεριπτάμενοι τῆς πορείας ἡγοῦντο τοῖς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἴ τινες βραδυποροῦντες ὑπελιμπάνοντο, νυκτὸς ἐκείνους ταῖς κλαγγαῖς ἀνεκόμιζον. οὕτω δὲ διελθόντι τῆς πορείας τὸ δύσεργον, καὶ εἰς Ἄμμωνος φθάσαντι, ὁ ἐκεῖ προφήτης Ἕλληνι φωνῇ θέλων προσφωνῆσαι αὐτῷ, ἐβαρβάρισε περὶ τὸ τέλος τὸ πρόσρημα, ὦ παιδίος ἀντὶ τοῦ παιδίον εἰπών. καὶ ὁ βαρβαρισμὸς δόξαν πολλοῖς παρέσχε τοῦ ἐκ θεῶν τοῦ Ἀλεξάνδρου γεγονέναι τὴν γένεσιν, λόγου διαδοθέντος ὅτι παῖ Διός ὁ προ-

3 νῆσος] Odyss. δ 354. 8 φυσικῇ om A. 15 πεπλάνηνται A. 21 παιδίος AW, Παῖ Δίος P. 22 πολὺς A. 23 διαδοθέντος λόγου A.

dormienti autem visus est adstare vir canus et venerabilis, qui Homerus esset et hos versus recitaret

insula fluctivago quatitur circumflua Ponto:
Aegyptum iacet ante: Pharon quam nomine dicunt.

statim igitur exsiliit, Pharumque profectus et loci opportunitate captus illic urbem exstruxit, aggeribus insula in continentem redacta. ac naturali loci commoditate delectatus dixisse fertur, Homerum cum caetera magnum tum vero egregium architectum fuisse. ad Ammonis templum per loca sicca et arenosa proficiscens comitem individuam felicitatem ibi quoque repperit itineris illius difficultates sublevantem. nam pluviae delatae sitis periculum dispulerunt aeremque temperarunt humefacta arena et ex humore densata. cum autem confusis itineris notis aberrassent duces, corvi supervolantes viam eis monstrarunt; iidemque eos qui tardius incesserant, exercitum non consecuti, noctu crocitando revocarunt. sic difficultate itineris superata ad Ammonis templum progressus est. ubi cum eum propheta graece filium appellare vellet, in fine verbi lapsus est, et unius litterae errore Alexandrum filium Iovis appel-

C φήτης εἶπεν αὐτῷ. κἀκεῖνος πρὸς μὲν τοὺς βαρβάρους ἐμεγαλαύχει τὴν γένεσιν τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ, ὡς καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα λέγειν "οὐ παύσεται διαβάλλων με πρὸς τὴν Ἥραν ὁ Ἀλέξανδρος;" πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας τοῦ λόγου ἐφείδετο. βέλει δέ ποτε τρωθείς, αἵματος ἐκ τῆς πληγῆς καταρρέοντος "τὸ ῥέον" εἶπεν "αἷμα καὶ οὐκ

ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν."

ὡς δὲ ὁ Δαρεῖος ἐπέστειλεν αὐτῷ, μύρια μὲν τάλαντα διδοὺς λύτρον τῶν φιλτάτων αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐντὸς Εὐφράτου πάσης αὐτῷ ἐξιστάμενος, καὶ φίλον αὐτὸν ποιούμενος μίαν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ γήμαντα, ὁ Παρμενίων "εἰ Ἀλέξανδρος" εἶπεν "ἤμην, ἔλαβον ἂν ταῦτα·" "κἀγώ" ἔφη "νὴ Δία, εἰ Παρ-
D
W I 135 μενίων." ἀντεπέστειλε δὲ τῷ Δαρείῳ, εἰ πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται, μή τινος ἀτυχῆσαι τῶν φιλανθρώπων. ἀποδρὰς δέ τις τῶν εὐνούχων τῆς γυναικὸς Δαρείου, καὶ πρὸς ἐκεῖνον διασωθείς, τὸν θάνατον τῆς βασιλίσσης ἀπήγγειλεν· ἔφθη γὰρ θανοῦσα ἐκ τοκετοῦ. Δαρεῖος δὲ ἀνεκλαύσατο, φήσας ὅτι οὐ μόνον αἰχμάλωτος ἡ βασίλισσα γέγονεν, ἀλλὰ καὶ ταφῆς βασιλικῆς οὐ τετύχηκε. καὶ ὁ εὐνοῦχος "ἀλλὰ θάρρει" ἔφη "ὦ δέσποτα· οὔτε γὰρ ζῶσά μου ἡ δέσποινα καὶ ἡ μήτηρ ἡ σὴ καὶ τὰ τέκνα κακοῦ τινος ἐπειράθησαν, οὔτ' ἀποθανοῦσα ταφῆς ἐκείνη πρεπούσης ἠμοίρησεν, ἀλλὰ καὶ πολεμίων τετίμηται δάκρυσι." τούτοις ὁ

3 λέγειν] Plut. Alex. 3. ὁ om A. 7 ἰχὼρ] Il. ε 340. 9 ἐκτὸς C: reliqui omnes et Plutarchus ἐντός. 19 ὦ δέσποτα ἔφη A.

lasse visus: unde a nonnullis divina eius origo credita. qua apud barbaros ita gloriabatur ut et Olympias diceret "non desinet me Alexander apud Iunonem calumniari?" apud Graecos vero ea oratione Alexander abstinuit. aliquando sagitta ictus manante sanguine dixit "sanguis hic quidem est, non ichor

qualis de superis solet emanare beatis."

cum Darius ei decem milia talentum pro redemptione suorum carissimorum obtulisset, et omni provincia intra Euphratem ei cederet, affinitatem filia desponsa cum eo iuncturus, Parmenio dixit "si Alexander essem, acciperem ista." "et ego" inquit "profecto, si Parmenio essem." Darioque rescripsit, si ad se veniret, eum nullum humanitatis officium desideraturum. regina ex partu mortua quidam ex eunuchis elapsus eius obitum Dario nuntiavit. quo audito lamentatus est quod non tantum captiva fuisset sed et regia sepultura caruisset. ibi eunuchus "bono" inquit "animo esto, domine: neque enim vivens domina mea et mater tua cum liberis ullum malum sunt perpessae, neque illa mortua honesta sepultura caruit, sed hostium quoque lacrimis est honorata."

Δαρεῖος εἰς ὑποψίας ἀτόπους ἐνέπεσε, καὶ τὸν εὐνοῦχον ἰδίᾳ P I 189
παραλαβὼν, ὅρκοις προκατελάμβανεν εἰπεῖν εἴ τις περὶ τὴν
γυναῖκα γέγονε τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐμπάθεια. "πῶς γὰρ" ἔλεγε
"παρ' ἐχθροῦ καὶ νέου ἀνδρὸς πολεμίου γυνή, ὡς ἔφης, οὕτω
τετίμηται;" ὁ δ' εὐνοῦχος τὸν λόγον ἐγκόψας "εὐφήμει δέσποτα"
ἔφη "καὶ μήτε τὴν γυναῖκα καταίσχυνε μηδ' αὖ κακηγόρει Ἀλέ-
ξανδρον, ὃς πλέον ταῖς Περσίσι τὸ σῶφρόν ἢ τοῖς Πέρσαις τὸ
γενναῖον ἐνέφηνε·" καὶ ὅρκοις τοὺς λόγους ἐβεβαίου, περὶ τῆς
ἐγκρατείας τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς διηγούμενος.
καὶ ὁ Δαρεῖος ηὔχετο δυνηθῆναι ἀμείψασθαι τὸν Ἀλέξανδρον B
ὧν εἰς τὰ φίλτατα καλῶν ἐνεδείξατο, ἢ μὴ ἄλλον εἰς τὸν Κύρου
καθίσαι θρόνον ἢ τὸν Ἀλέξανδρον.

11. Ἤδη δὲ τὴν ἐντὸς Εὐφράτου χώραν παραλαβὼν ὁ
Ἀλέξανδρος ἐπὶ Δαρεῖον ἀπῄει ἑκατὸν μυριάδας στρατοῦ ἐπαγό-
μενον. ὡς δ' ἐν ὄψει ἀλλήλων ἐγένοντο τὰ στρατεύματα, καὶ
νὺξ ἦν, καὶ τὸ μεταξὺ πεδίον τὰ πυρὰ τῶν βαρβάρων κατέλαμ-
πον, καὶ θόρυβος ἐκ τοῦ στρατοπέδου προσῄει πολύς, Παρμε-
νίων καὶ τῶν ἑταίρων τινὲς ἐκπλαγέντες τὸ πλῆθος συνεβούλευον
Ἀλεξάνδρῳ νυκτὸς ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις· μὴ γὰρ ἂν δυνη-
θῆναι κατὰ συστάδην ἀντιστῆναι τοσούτῳ στρατεύματι. ὁ δέ C
"οὐ κλέπτω τὴν νίκην" εἶπε· τῇ δ' ἐπιούσῃ τῆς μάχης συγκρο-

6 κακηγόρει A, κατηγόρει PW. 9 τοῦ om A. 13 παραλαβὼν] παρειληφὼς A. 14 ἐπαγόμενον AW, ἐπαγόμενος P. 18 καὶ ἄλλοι τῶν ἑτέρων τινὲς A, καὶ ἄλλοι τινὲς alter codex Wolfii.

FONTES. *Cap.* 11. *Plutarchi Alexander* 31—44.

ex iis verbis Darius suspicionibus sinistris obortis eunuchum seductum iureiurando adegit ut sibi diceret an Alexander uxoris amore captus fuisset. "nam alioqui cur" inquit "et ab hoste et ab adolescente honorata est?" sed eunuchus sermone interrupto "domine, bona verba" inquit, "neque tu vel uxorem probro affeceris vel Alexandrum accusaris, qui modestiam suam Persicis mulieribus magis declaravit quam Persis fortitudinem." cuius continentiam caeterasque virtutes dum praedicat, orationem suam iureiurando confirmavit. Darius igitur optavit ut aut Alexandro gratiam referre posset pro beneficiis in suos carissimos collatis, aut ut ne alius quam ille in Cyri solio sederet.

11. Alexander autem provinciis intra Euphratem iam potitus contra Darium ibat decies centena hominum milia secum trahentem. ut in conspectum venerant exercitus et noctu barbarorum pyrae planitiem interiectam collustrabant eque castris eorum magnus tumultus resonabat, Parmenio et quidam ex amicis multitudine perterriti Alexandro suadent ut noctu hostes invadat: neque enim posse iusta acie cum tanto exercitu decertari. is vero se furari velle victoriam negavit. postridie

τηθείσης, ὡς μέν τινές φασιν ἐν Ἀρβήλοις, ὡς δ' ἕτεροι ἐν Γαυσαμήλοις, οἱ βάρβαροι ἐνέκλιναν, καὶ ἦν αὐτῶν διωγμός. Ἀλέξανδρος δὲ πόρρωθεν τὸν Δαρεῖον ἰδὼν ἐφ' ἅρματος ὑψηλοῦ, ἱππόταις πλείστοις καὶ λαμπρῶς ὡπλισμένοις περικυκλούμενον, ἐκεῖ συνώθει τοὺς φεύγοντας, ὥστε τούτοις συνταράξαι τοὺς μένοντας καὶ πολλοὺς σκεδάσαι αὐτῶν. πολλῶν δὲ πεσόντων τοῦ Δαρείου ἐνώπιον ὡς οὐκ ἦν ἐξελάσαι τὸ ἅρμα τοῖς πτώ- D μασι συνεχόμενον, τούτου μὲν ἀπέβη Δαρεῖος, θήλειαν δ' ἵππον ἀναβεβηκὼς ἔφυγεν. ἑάλω δ' ἂν εἰ μὴ Παρμενίων τὸν Ἀλέξανδρον μετεπέμψατο ἐπαρήξοντα τῷ κατ' αὐτὸν κέρατι πονουμένῳ.

Ἡ μὲν οὖν νίκη λαμπρὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ προσγέγονεν, ἡ δὲ Περσῶν βασιλεία ἐντεῦθεν καθῄρητο, Ἀλέξανδρος δὲ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς ἀνηγόρευτο καὶ ἐπ' αὐτῷ ἡ Βαβυλωνία πᾶσα ἐγένετο. Σούσων δὲ κρατήσας τετρακισμύρια τάλαντα νομίσματος κατὰ τὰ βασίλεια εὕρηκε καὶ ἄλλων χρημάτων ἀμυθήτων πολυτέλειαν. κυριεύσας δὲ καὶ τῆς Περσίδος, νομίσματος εὗρε πλῆθος ὅσον ἐν P I 190 Σούσοις. τὸν ἄλλον δὲ πλοῦτον ἱστοροῦσιν ἐκκομισθῆναι μυρίοις ὀρικοῖς ζεύγεσι καὶ πεντακισχιλίαις καμήλοις. ἐμπρήσας δὲ τὰ βασίλεια, ταχὺ μετεμελήθη καὶ κατασβεσθῆναι ταῦτα προσέταξε. μεγαλόδωρος δὲ τυγχάνων, ἔτι μᾶλλον ἐπεδίδου πρὸς τοῦτο τῶν πραγμάτων αὐξανομένων αὐτῷ. ὁρῶν δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν τρυ-

2 *Γαυσαμήλοις*] sic libri. 14 *βαβυλὼν* A. 17 asteriscum ante *Περσίδος* habent PW, et *περσεπόλεως* margini adscripsit Wolfius; sed cf. Plut. Alex. c. 37. 19 *πεντακισχιλίαις* A Plutarchus, *πεντακισχιλίοις* PW. 22 *αὐξομένων* A.

pugna commissa, ut quidam aiunt, Arbelis, ut alii, Gausamelis, barbari terga dederunt, eosque victores persecuti sunt. Alexander autem cum Darium eminus in sublimi curru plurimis equitibus splendide armatis circumdatum vidisset, fugientes eo compulit: quibus eos etiam qui loca sua non deseruerant perturbavit, multosque dissipavit. multis autem in conspectu Darii caesis, cum is prae cadaveribus currum agere non posset, eo relicto et equa conscensa fugae se mandat: in qua captus etiam fuisset, nisi Parmenio Alexandrum arcessisset ut suo cornu laboranti subveniret.

Hac illustri parta victoria, Persarum regno everso, Alexander Asiae rex declaratus et omni Babylonia potitus est. Susis captis 40 milia talentum signatae pecuniae et alias infinitas opes maximi pretii in regia invenit. Perside quoque subacta tantundem quantum Susis invenit: aliasque praeterea divitias exportatas esse memorant decies mile iugis mulorum et quinquies mile camelis. regiae incensae statim eum paenituit, atque ignem exstingui iussit. porro cum natura magnificus esset, auctis fortunis etiam eius aucta est liberalitas. suos delicate

φῶντας καὶ ταῖς διαίταις πολυτελεῖς, καθήψατο πρᾴως αὐτῶν,
θαυμάζειν εἰπὼν εἰ μὴ ἔμαθον ἐκ συγκρίσεως τοῦ τῶν Περσῶν
βίου πρὸς τὸν σφέτερον, ὅτι δουλικώτατον μέν ἐστι τὸ τρυφᾶν,
τὸ δὲ πονεῖν ἀρχικώτατον. αὐτὸς μέντοι οὐκ ἐνεδίδου καὶ στρα-
τείαις καὶ θήραις πονῶν. οἱ δ' ἑταῖροι αὐτοῦ διὰ πλοῦτον τρυ- W I 136
φᾶν βουλόμενοι, συνέπεσθαι δέ οἱ ἀναγκαζόμενοι, εἰς τὸ βλα- B
σφημεῖν αὐτὸν προήεσαν. ὁ δὲ πρᾴως ἔφερε περὶ τὴν ἀρχὴν
τὰς βλασφημίας, λέγων βασιλικὸν εἶναι τὸ κακῶς ἀκούειν εὐερ-
γετοῦντα. ὕστερον μέντοι αὐτὸν αἱ πολλαὶ διαβολαὶ ἐξετράχυναν.
καὶ πρὸς τοὺς βλασφημοῦντας αὐτὸν χαλεπὸν γενέσθαι καὶ ἀπα-
ραίτητον παρεσκεύασαν. καίτοι πρώην, ὅτε θανατικῶν ἠκροᾶτο
δικῶν, εἰώθει τῷ ἑνὶ τῶν ὤτων τὴν χεῖρα ἐπιτιθέναι, ὡς ἄψαυ-
στον αὐτὸ τῷ κατηγορουμένῳ τηρῶν καὶ τῆς κατηγορίας ἀμέ-
θεκτον.

Ἐξελαύνων δ' ἐπὶ Δαρεῖον μετὰ τρισχιλίων ἐφ' ἡμέρας
πλείους ἐδίωκεν, ὡς ἀπαγορεῦσαι τοὺς πλείονας διά τε τὴν χαλε- C
πότητα τῆς ὁδοῦ καὶ τὴν ἀνυδρίαν. ὅτε Μακεδόνες τινὲς ἐν
ἀσκοῖς ὕδωρ κομίζοντες αὐτῷ συνήντησαν, καὶ πλήσαντες κράνος
προσήνεγκαν αὐτῷ κακῶς ὑπὸ δίψους διακειμένῳ· ὁ δὲ τὸ κράνος
λαβών, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν πρὸς αὐτὸν ἰδὼν ἀποβλέποντας,
οὐκ ἔπιεν, ἀλλ' ἐπέδωκε τοῖς δοῦσιν αὐτό, εἰπὼν ὡς "εἰ ἐγὼ
πίομαι μόνος, ἀθυμήσουσιν οὗτοι." ἐμβαλὼν δὲ ἤδη τοῖς πολε-
μίοις, τὸ μὲν στρατόπεδον αὐτῶν παρῆλθε, τὸν δὲ Δαρεῖον

2 θαυμάζειν om A. τῶν om A. 7 προίεσαν A. περὶ om A: ἐν ἀρχῇ Plutarchus. 11 ὅτε A, καὶ PW. 15 δ' om A. 19 δίψους A Plutarchus, δίψης PW. 21 διδοῦσιν A.

vivere videns leniter castigavit, seque mirari dixit eos ex comparatione suae et Persicae vitae non didicisse deliciis nihil esse servilius, labore nihil regalius. ipse quidem de expeditionum et venationum laboribus nihil remisit: amici vero, qui propter divitias genio indulgere cupiebant, eum sequi coacti maledictis non abstinebant. quae ille principio aequo ferebat animo, regium esse dicens male audire cum benefaceret; sed tandem frequentibus calumniis exasperatus saevus et inexorabilis exstitit erga maledicos. prius autem, cum pro tribunali capitales causas cognosceret, alteri auri manum admovere solebat, ut eam reo intactam conservaret et accusationis expertem.

Cum Darium per dies complures tribus milibus assumptis persequeretur, plerique et itinerum difficultatibus et aquae inopia defatigati sunt. cum ei Macedones quidam occurrerunt aquam in utribus ferentes, impletamque galeam obtulerunt ex siti male affecto, ea accepta cum se a comitibus adspici videret, non bibit, sed iis qui dederant illa reddita dixit "si ego solus bibero, hi deficient animis." hostes iam assecutus castris praeteritis ad Darium capiendum properavit. is vero in

ἠπείγετο καταλήψεσθαι. ὁ δ' ἔκειτο ἐν ἁρμαμάξῃ τραυμάτων κατάπλεως καὶ ἤδη ἐκλείπων. αἰτήσας δὲ ὕδωρ καὶ πιὼν εἶπε πρὸς τὸν δόντα Πολύστρατον "τοῦτό μοι πέρας δυστυχίας ἁπά-
D σης, ὅτι εὖ παθὼν ἀμείψασθαί σε οὐ δύναμαι· Ἀλέξανδρος δέ σοι τὴν χάριν ἀνταποδοίη, Ἀλεξάνδρῳ δ' οἱ θεοὶ τῆς εἰς μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας τοὺς ἐμοὺς ἐπιεικείας." καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξέλιπεν. ἐπιστὰς δὲ αὐτῷ θανόντι Ἀλέξανδρος τῇ ἑαυτοῦ χλαμύδι τὸν ἐκείνου νεκρὸν περιέστειλε καὶ πρὸς τὴν μητέρα βασιλικῶς κεκοσμημένον ἀπέστειλε. τὸν δὲ Βῆσσον, ὃς ἐκεῖνον ἀνεῖλε, διεσφενδόνησε, δυσὶ βίᾳ κλιθεῖσι δένδροις προσαρτηθῆναι κελεύσας αὐτόν, εἶτα μεθεῖναι τὰ δένδρα καὶ οὕτω διασπασθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἑκάστου τῶν δένδρων μετὰ σφοδρότητος εἰς τὴν κατὰ
P I 191 φύσιν ὡρμηκότος ἀνάτασιν. εἰς Ὑρκανίαν δὲ ἀπιὼν περὶ τὸ Ὑρκάνιον πέλαγος, ὃ καὶ Κάσπιον λέγεται, βαρβάρων τινῶν τὸν ἵππον αὐτοῦ τὸν Βουκεφάλαν ἀφελομένων, ἐβαρυθύμησε, καὶ πέμψας ἠπείλησε πάντας ἀποκτενεῖν εἰ μὴ τὸν ἵππον αὐτῷ ἀναπέμψειαν· οἱ δὲ καὶ τὸν ἵππον ἐκόμισαν καὶ ἑαυτοὺς αὐτῷ ἐνεχείρισαν.

12. Ἐντεῦθεν εἰς τὴν Παρθικὴν ἀναζεύγνυσιν, ἔνθα πρῶτον βαρβαρικὴν στολὴν ἐνεδύσατο, τῆς μὲν Μηδικῆς ἀτυφοτέραν, τῆς δὲ Περσικῆς σοβαρωτέραν. ἐδόκει δὲ τοῖς Μακεδόσι τὸ θέαμα φορτικόν. ἐπιλεξάμενος δὲ τρισμυρίους παῖδας τῶν

4 δὲ om A. 5 δ'] δὲ A. 13 ἀνάστασιν A. 15 βουκέφαλον A. 17 ἐκόμισαν AW, om P. 20 τῆς A, καὶ τῆς PW.

Fontes. *Cap.* 12. *Plutarchi Alexander* 45. 47—52. 57 *et* 58.

curru iacebat moribundus et confectus vulneribus, cumque petita aqua bibisset, ad Polystratum dixit, qui eam dederat, "hoc extremum est calamitatum mearum omnium, quod tibi de me bene merito gratiam referre non possum: sed et Alexander tibi gratiam referet, et Alexandro dii immortales pro clementia qua erga matrem uxoremque et liberos meos usus est." his dictis exspiravit. cui Alexander morienti adstans sua chlamyde cadaver texit et regaliter ornatum ad matrem eius misit. Bessum vero, a quo occisus fuerat, duabus arboribus vi inflexis alligari iussit; quibus laxatis cum utraque vehementi impetu ad suam naturam rediret, homo discerptus est. cum in Hyrcaniam abiret, et barbari quidam circa pelagus Hyrcanum, quod et Caspium dicitur, equum eius Bucephalam rapuissent, aegre tulit, eisque per nuntios comminatus est, ni equum redderent, se omnes occisurum. at illi et equum reddiderunt et semetipsos ei dediderunt.

12. Inde in Parthicam est profectus, ubi primum barbaricam vestem induit, Medica minus superbam, Persica insolentiorem; quod spectaculum arrogans visum est Macedonibus. e captivis tricies mille

αἰχμαλώτων ἐκέλευσε γράμματα σφᾶς Ἑλληνικὰ ἐκδιδάσκεσθαι B
καὶ κατὰ Μακεδόνας ὁπλίζεσθαι. τῆς Ῥωξάνης δὲ ὡραίας ἐρασθεὶς γυναικὸς οὐκ ἄλλως αὐτῇ προσῆλθεν ἢ κατὰ νόμον. τῶν δὲ φίλων αὐτοῦ τὸν μὲν Ἡφαιστίωνα, ἐπαινοῦντα τὴν στολὴν ἣν ἐνέδυ καὶ ὁμοίως αὐτῷ μεταμφιασάμενον, φιλαλέξανδρον ἐκάλει, τὸν Κρατερὸν δέ, μὴ παρεξιόντα τὰ πάτρια, φιλοβασιλέα· καὶ τῷ μὲν πρὸς τοὺς βαρβάρους ἐκέχρητο, διὰ δὲ τοῦ Κρατεροῦ τοῖς Μακεδόσι καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐχρημάτιζε. Φιλώταν δὲ τὸν υἱὸν Παρμενίωνος, μεγαλαυχοῦντα ὡς παρ' αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τῶν κατορθωμάτων γινομένων, καὶ μειράκιον τὸν C
Ἀλέξανδρον ὀνομάζοντα, εἶτα καὶ ἐπιβουλεύοντα γνοὺς ἀνεῖλε. πέμψας δὲ εἰς Μηδίαν καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ (ἐκεῖ γὰρ ἦν) προσαπέκτεινε. καὶ τὸν Κλεῖτον δὲ τῶν ἑταίρων ἕνα τυγχάνοντα, παρὰ πότον ᾀδομένων ποιημάτων εἴς τινας στρατηγοὺς πεποιημένων ἔναγχος ἡττηθέντας ὑπὸ βαρβάρων, καὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἡδέως αὐτῶν ἀκούοντος, τραχυνόμενον καὶ ἀγανακτοῦντα καὶ μεγαλαυχοῦντα ὑπὸ αὐθαδείας καὶ μέθης, καὶ κατ' αὐτοῦ βλασφημοῦντα, πρῶτον μὲν μήλῳ ἔβαλεν, ἔτι δ' ἀναιδευόμενόν τε καὶ θρασυνόμενον καὶ τὰ τοῦ Εὐριπίδου ἰαμβεῖα λέγοντα

"οἴμοι, καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται" W I 187 D

καὶ τὰ λοιπά, ὑπερζέσας θυμῷ ὁ Ἀλέξανδρος αἰχμῇ διελάσας ἀπέκτεινεν. αὐτίκα δὲ τοῦ θυμοῦ παυθέντος μεταμεληθεὶς ὥρ-

6 τὸν δὲ κρατερὸν A. 7 τῷ AW, τὸ P. 17 ὑπ' A. 19 Εὐριπίδου] Androm. 693. 20 ἑλλάδα A.

pueros delectos et Graecis litteris erudiri et ritu Macedonum armari iussit. Roxanae formosae mulieris amoribus eatenus indulsit ut eam legitimo sibi matrimonio iungeret. ex amicis Hephaestionem, qui vestitum eius laudabat similemque vestem et ipse induerat, Alexandri amantem, Craterum vero, qui a patriis institutis non recedebat, regis amantem appellabat; illoque apud barbaros utebatur, per Craterum Macedonibus et Graecis respondebat. Philotam Parmenionis filium, rerum gestarum gloriam sibi et patri vindicantem, et Alexandrum adolescentem appellantem, deprehensis etiam insidiis sustulit: patrem quoque eius Parmenionem in Media occidendum curavit. Clitum ex amicis unum, cum in convivio poemata in duces quosdam recens a barbaris victos composita canerentur, eaque Alexander libenter audiret, prae insolentia et ebrietate refragantem et indignantem et gloriantem maledictaque ingerentem, primum malo petiit; sed cum ne sic quidem impudentiae et audaciae suae modum ille statuens Euripidis iambum

"heu quanta morum Graeciae perversitas"

et qui sequuntur recenseret, bile effervescente hasta traiectum interfecit. sed ira mox sopita eius facinoris paenitens sibi ipsi manus attu-

μησε καὶ ἑαυτὸν ἀνελεῖν, ἐπεσχέθη μέντοι παρὰ τῶν σωματοφυλάκων, καὶ εἰσηνέχθη πρὸς θάλαμον, ἔνθα τὴν νύκτα καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἡμέραν ἐν θρήνοις διαγαγὼν ἀπειρηκὼς ἔκειτο ἄναυδος, στένων μόνον βαρύτατα. καὶ τῶν φίλων εἰσιόντων πρὸς αὐτὸν οὐ προσίετο τοὺς λόγους αὐτῶν. Ἀριστάνδρου δὲ τοῦ μάντεως ὄψεως αὐτὸν ἀναμνήσαντος ἣν εἶδε περὶ τοῦ Κλεί- P I 192 του, καί τινων σημείων ἐκείνῳ γενομένων, καὶ εἱμαρτὸν εἶναι τὸ γενόμενον λέγοντος, ἤρξατο ἐνδιδόναι.

Μέλλων δὲ εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἐμβάλλειν, συνεσκευασμένων τῶν ἁμαξῶν πρώταις μὲν ταῖς οἰκείαις ἐνῆκε πῦρ, εἶτα καὶ ταῖς τῶν φίλων, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τὰς τῶν Μακεδόνων καταπρῆσαι ἐκέλευσε. τοῦτο δὲ γεγονὸς ὀλίγους μὲν ἐλύπησεν, οἱ δὲ λοιποὶ βοῇ καὶ ἐνθουσιασμῷ πρὸς τὸ ἔργον ὡρμήκασι καὶ τὸν Ἀλέξανδρον προθυμίας πρὸς τὴν στρατείαν ἐνέπλησαν. ἤδη δὲ καὶ φοβερὸς ἦν καὶ ἀπαραίτητος κολαστὴς τῶν πλημμελούντων. πολλοὶ μὲν οὖν κατὰ τὰς μάχας αὐτῷ συνέπεσον κίνδυνοι καὶ B νεανικοῖς ἀπήντησε τραύμασι, τὴν δὲ πλείστην φθορὰν τῆς στρατιᾶς ἀπορίαι τῶν ἀναγκαίων καὶ δυσκρασίαι τοῦ περιέχοντος ἀπειργάσαντο. αὐτὸς δὲ διὰ τόλμαν οὐδὲν ᾤετο τοῖς θαρσαλέοις ἀνάλωτον οὐδέ τι ὀχυρὸν τοῖς ἀτόλμοις. πέτρᾳ δέ τινι ἀποτόμῳ προσβαλὼν σὺν τοῖς νεωτέροις τῶν Μακεδόνων, Ἀλέξανδρόν τινα ἐν τούτοις καλούμενον προσαγορεύσας "ἀλλὰ σοί γε" εἶπε "καὶ διὰ τὴν κλῆσιν ἀνδραγαθεῖν προσήκει." ποταμὸν δὲ βαθὺν τῶν

10 πρῶτον A. 17 ἀπήντησαν A. 18 ἀπορίαι] αἱ πορείαι A. 20 πέτρᾳ] πείρᾳ A.

lisset, nisi a satellitibus esset cohibitus. a quibus in thalamum illatus eam noctem et sequentem diem in lacrimis egit, iacuitque desperabundus et tacitus, tantum gravissime suspirans. neque ullius amici orationem admittebat, donec Aristander augur eum visionis de Clito oblatae et de ominibus quibusdam admonuit quibus fatalem illius casum fuisse arguebat: tum demum enim minuere luctum coepit.

Impressionem in Indiam facturus cum apparatos currus videret, primum suis, deinde amicorum iniecto igne, postremo etiam Macedonum, comburi iussit. id factum paucis molestum fuit: reliqui vero cum clamore, et quasi afflatu quodam numinis concitati essent, profectionem aggressi, Alexandrum alacritatis ad capessendam militiam impleverunt. sed etiam formidabilis erat ac delinquentibus inexorabilis. in multa pericula in praeliis incidit et insignia vulnera accepit: maxima tamen exercitui pernicies e penuria commeatus et aeris intemperie provenit. sed ipse ea erat audacia ut nihil viris fortibus obsistere posse, nihil ignavis tutum esse arbitraretur. petram quandam praeruptam cum iunioribus Macedonum aggressus, quendam inter eos nomine Alexandrum cohortatus "at te" inquit "vel propter nomen strenuum esse decet."

Μακεδόνων περᾶν ὀκνούντων "τί γάρ" εἶπεν "ὁ κάκιστος ἐγὼ νεῖν οὐκ ἔμαθον;" ὡς δὲ παρῆσαν πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῶν C *πολιορκουμένων πόλεων, ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν, Ἄκουφις τοὔνομα, ἠρώτησε, τί ἂν ποιοῦντες φίλοι αὐτοῦ λογίζοιντο· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος "εἰ σὲ μέν" εἶπεν "αἱρήσονται ἄρχοντα, ἐμοὶ δὲ πέμψουσιν ἄνδρας ἑκατὸν τοὺς ἀρίστους." γελάσας οὖν πρὸς ταῦτα ὁ Ἄκουφις "ἀλλὰ βέλτιον" εἶπεν "ἄρξω, ὦ βασιλεῦ, εἰ τοὺς κακίστους σοι καὶ μὴ τοὺς ἀρίστους στελῶ."*

13. *Ὁ μέντοι Ταξίλης μοίρας ἄρχων τῆς Ἰνδικῆς παμφόρου τε καὶ εὐδαίμονος, οὐκ ἀποδεούσης Αἰγύπτου, σοφὸς δὲ ὢν ἀνήρ, πέμψας ἠσπάσατο τὸν Ἀλέξανδρον καὶ "τί δεῖ πολέ-* D *μων ἡμῖν" ἔφη "εἰ μήτε ὕδωρ ἀφαιρησόμενος ἡμῶν ἀφῖξαι μήτε τροφὴν ἀναγκαίαν; τοῖς δ' ἄλλοις εἰ μὲν κρείττων ὦ, ἕτοιμός εἰμι εὖ ποιεῖν, εἰ δὲ ἥττων, οὐ φεύγω χάριν ἔχειν εὖ παθών." ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀλέξανδρος "ἐγώ" φησίν "ἀγωνιοῦμαι πρὸς σὲ καὶ διαμαχοῦμαι ταῖς χάρισιν, ὥς μου χρηστὸς ὢν μὴ περιγένῃ." λαβὼν δὲ δῶρα πολλὰ καὶ πλείονα παρασχὼν τέλος χίλια τάλαντα νομίσματος αὐτῷ ἐδωρήσατο. σπεισάμενος δέ τινι πόλει τῶν Ἰνδικῶν, ἀπιόντας ἐκεῖθεν τοὺς ἐν αὐτῇ μισθοφοροῦντας τῶν μαχιμωτάτων Ἰνδῶν ἀπέκτεινεν ἅπαντας· ὃ τοῖς* P I 193 *αὐτοῦ πολεμικοῖς ἔργοις οἷά τις κηλὶς πρόσεστιν. εἶτα πρὸς*

2 *πρέσβεις πρὸς αὐτὸν* post *πόλεων* A. 5 *εἶπεν* om A. 12 *ἡμῶν* A, *ὑμῶν* PW. 14 *ἔχειν* om A. 15 *ὁ* om A. 16 *μου*] *μοι* A.

Fontes. *Cap.* 13. *Plutarchi Alexander* 59—63.

Macedonibus profundum quendam fluvium transire dubitantibus "cur" inquit "ego miserrimus natare non didici?" cum legati urbium, quas obsidebat, ad eum venissent, eorumque natu maximus Acuphis rogaret quibus rationibus eius amicitiam sibi conciliarent, Alexander respondit "si te principem crearint et mihi viros praestantissimos centum miserint." ad haec ridens Acuphis "atqui" inquit, "rex, melius imperabo si tibi non optimos sed pessimos misero."

13. Taxiles, qui Indiae parti omnis generis fructuum feraci ac beatae, quaeque Aegypto nihil cederet, imperabat, vir sapiens, missis legatis Alexandro salutato "quid" inquit "bello nobis opus est, si huc venisti ut nobis neque aquam neque victum necessarium eriperes? caeteris autem rebus si plus possum, paratus sum ad bene faciendum; sin minus, non recuso pro acceptis beneficiis habere gratiam." his Alexander delectatus "ego" inquit "certabo tecum beneficiis et ne tua benignitate vincar elaborabo;" acceptisque multis muneribus, pluribus datis, denique mile talenta ei donavit. pace cum urbe quadam Indica facta milites, qui praesidii causa conducti fuerant e bellicosissimis Indis, ex ea discedentes universos occidit: quod bellicis eius operibus ignominiae

Πῶρον ἐμαχέσατο, καὶ τοῦτον χώρας Ἰνδικῆς βασιλεύοντα, τὸ
μέγεθος τοῦ σώματος ἔχοντα εἰς τέσσαρας πήχεις ἀνατρέχον καὶ
σπιθαμήν. τοῦτον νικήσας καὶ ζῶντα λαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος
ἠρώτησε πῶς ἂν αὐτῷ χρήσαιτο, ὁ δὲ "βασιλικῶς" ἀπεκρίνατο·
πυνθανομένου δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου εἴ τι καὶ ἕτερον λέγει, ὁ
Πῶρος "πάντα" ἔφη "τῷ βασιλικῶς ἔνεστιν." ἀφῆκεν οὖν
W I 138 αὐτὸν καὶ ἄρχειν δέδωκε, σατράπην ὀνομαζόμενον, οὐ μόνον ὧν
B ἦρχε πρώην, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλῶν. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ
καὶ ὁ Βουκεφάλας τρωθεὶς μετὰ καιρὸν ἐτελεύτησεν, ἤδη ὑπέργηρως γεγονώς. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἤλγησεν ὥς τινα φίλον ἀποβαλών.

Οἱ μέντοι Μακεδόνες ἐν τῇ πρὸς Πῶρον μάχῃ πεπονηκότες οὐκ ἐπείθοντο Ἀλεξάνδρῳ καὶ τὸν Γάγγην ποταμὸν περᾶσαι βιαζομένῳ, εὖρος μὲν ἔχοντα σταδίους τριάκοντα πρὸς δυσί, βάθος δὲ ὀργυιὰς ἑκατόν. ὁ δὲ δυσθυμήσας ἀπρόϊτος ἐν τῇ σκηνῇ ἔμενεν, ἥττης λογιζόμενος συγκατάθεσιν τὸ τὸν Γάγγην μὴ παρελθεῖν. τῶν δὲ φίλων παρακαλούντων καὶ τῶν στρατιω-
C τῶν ἀντιβολούντων μετὰ κλαυθμοῦ, ἐνδέδωκέ τε καὶ ἀνεζεύγνυε. πολλὰ δὲ πορθμεῖα καὶ σχεδίας πηξάμενος ἐκομίζετο διὰ τῶν ποταμῶν, θέλων τὴν ἔξω θάλασσαν ἐπιδεῖν· καὶ παραπλέων ἀπέβαινε καὶ πόλεις ἐχειροῦτο. ἐν δὲ Μαλλοῖς γεγονώς, μαχε-

5 δὲ] δ' ἔτι A. 9 βουκέφαλος A. 13 σάγγην A. 14 τριάκοντα A Plutarchus, λ' codex Ducangii, ἑξήκοντα PW. 15 ἀπρόσιτος alter codex Wolfii. 18 ἀντιβολούντων AW, ἀντιβουλούντων P.

veluti maculam quandam impressit. deinde cum Poro, et ipso Indiae rege, pugnavit, qui staturae erat quattuor cubitorum et spithamae. quem cum victum captumque rogasset quomodo tractandus esset, "regaliter" inquit. percontante Alexandro numquid aliud vellet, respondit in regali tractatione inesse omnia. eum igitur dimissum satrapen appellavit non earum duntaxat provinciarum quibus prius imperarat, sed et aliarum multarum. in ea pugna Bucephalas etiam vulneratus, paulo post iam admodum senex obiit: cuius obitum Alexander non secus doluit ac si amicum amisisset.

Cum Macedones pugna cum Poro commissa fatigati Alexandro Gangem etiam, cuius latitudo stadiorum 32, profunditas 100 orgyarum erat, vi transituro non parerent, animo aeger in tabernaculo desidens non prodiit in publicum, perinde esse iudicans, si Gangem non transisset, ac si victum se confiteretur. sed amicis obtestantibus et militibus cum ploratu supplicantibus tandem cessit, exercituque reducto multa navigia et rates fabricavit quibus flumina traiceret, exterius quoque mare inspecturus, et praeternavigando urbes subegit. cum autem ad Mallos

μιωτάτοις οὖσιν Ἰνδῶν, μικροῦ ἐκινδύνευσε. πρῶτος γὰρ διὰ κλίμακος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβάς, τῆς κλίμακος συντριβείσης καὶ τῶν πολεμίων ἐπιτιθεμένων καὶ βαλλόντων αὐτόν, συστρέψας ἑαυτὸν εἰς μέσους ἄνωθεν ἀφῆκε τοὺς ἐναντίους· καὶ κατὰ τύχην ὀρθὸς ἔστη. καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ βάρβαροι ἐσκεδάσθησαν, ἰδόντες δὲ αὐτὸν καὶ δύο μόνους ὑπασπιστάς, ἐπαναστραφέντες D ἠμύνοντο καὶ ἀγχεμάχοις ὅπλοις ἐτίτρωσκον. εἷς δ' ἀποστὰς βέλει ἐκ τόξου βαλὼν αὐτὸν τοῖς περὶ τὸν μαζὸν ὀστέοις τὸ βέλος ἐνέπειρε, καὶ οὕτως αὐτοῦ καθίκετο ἡ πληγή, ὡς ἐνδοῦναί τε καὶ καμφθῆναι· ὅθεν ὁ βαλὼν αὐτὸν μετὰ ξίφους ἐπέδραμε. Πευκέστας δὲ καὶ Λημναῖος ὑπερασπίσαντες καὶ ἄμφω ἐτρώθησαν· καὶ ὁ μὲν τέθνηκε, Πευκέστας δὲ ἔτι ἠμύνετο, τὸν δὲ τρώσαντα αὐτὸν βάρβαρον ἀνεῖλεν Ἀλέξανδρος. πολλαχοῦ δὲ τρωθείς, εἶτα καὶ κατὰ τοῦ τένοντος ὑπέρῳ βληθείς, τῷ τείχει P I 194 προσερεισθεὶς πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀπέβλεπεν. ἐν τοσούτῳ δ' ἀθροισθέντων τῶν Μακεδόνων ἁρπασθεὶς εἰς τὴν σκηνὴν ἀναισθητῶν ἐκομίζετο. ἐνὶ δὲ τῶν ὀστέων τῆς ἀκίδος ἐμπαγείσης τοῦ ὀϊστοῦ ἑλκομένου ὀδύναι δριμεῖαι καὶ λειποθυμίαι ἐγίνοντο, ὡς καὶ θανεῖν ἐκεῖνον ἐλπίζεσθαι. ὅμως μέντοι τὸν κίνδυνον διαδρὰς καὶ χρόνον πλείω θεραπευόμενος εἰς θόρυβον τοὺς Μακεδόνας ἐνέβαλε ποθοῦντας ἰδεῖν αὐτόν· καὶ προσῆλθεν.

1 γὰρ] μὲν γὰρ A. 6 δύω PW. 7 post καὶ add τοῖς A al. m. 11 Λιμναῖος Plutarchus. 21 προῆλθεν A, προσῆλθεν P, προοῆλθεν W.

perveniisset Indorum pugnacissimos, parum ab interitu abfuit. nam cum primus per scalas murum conscendisset, iisque comminutis ab hostibus peteretur, impetu in medios hostes desiliit, et casu rectus stetit. ac primum quidem barbari dispersi sunt; sed eum solum esse cum duobus duntaxat armigeris conspicati, ad defensionem conversi cominus eum feriebant. quidam vero longius absistens sagittam ex arcu emissam in ossibus circa mammam defixit: quae plaga sic eum perculit ut cederet atque inclinaretur. quo facto is qui eum icerat stricto gladio accurrit. Peucestas et Lemnaeus regem defendentes ambo sunt vulnerati, alter etiam mortuus. Alexander autem, propugnante adhuc Peucesta, barbarum a quo vulneratus erat occidit; multisque vulneribus acceptis, cum in collo etiam tragula ictus esset, ad murum inclinatus barbaros intuetur. interim a Macedonibus conglobatis raptus sensuque destitutus exportatur. cum autem acies sagittae ossi inhaereret, in extrahendo telo acerrimis doloribus affectus in animi deliquia incidit, ut de vita eius actum putaretur. tamen periculo evitato, cum longiore tempore curaretur, Macedonibus eius videndi desiderio tumultuantibus in medium processit.

14. Ἀναρρωσθεὶς δὲ αὖθις παρεκομίζετο χώραν τε πολλὴν καὶ πόλεις χειρούμενος. τῶν δὲ γυμνοσοφιστῶν τινας συλ- B λαβὼν καὶ ἐρωτήσεις αὐτοῖς ἀπόρους προθέμενος ἐδωρήσατο καὶ ἀφῆκεν. ἕνα δὲ τῶν ἐν δόξῃ παρ' αὐτοῖς ὄντων Κάλανον κεκλημένον ἔπεισεν ὁ Ταξίλης πρὸς Ἀλέξανδρον ἀφικέσθαι. οὗτος βύρσαν ξηρὰν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως καταβαλὼν περιῄει τὰ ἄκρα ταύτης πατῶν. ἡ δὲ ἐν μέρει τῶν ἄκρων πιεζομένη τῇ συμπατήσει, τοῖς ἄλλοις ᾔρετο μέρεσιν. εἶτα μέσον αὐτὴν πατήσαντος καὶ συσχόντος ἡ ὅλη βύρσα ἠρέμει καὶ ἀκίνητος ἦν. παρῄνει δὲ διὰ τοῦ ὑποδείγματος τὸν Ἀλέξανδρον μὴ τοῖς ἄκροις τῆς ἀρχῆς ἐμφιλοχωρεῖν, τὰ μέσα δὲ κατέχειν, ἵν' οὕτω καὶ τὰ πέριξ ἠρέμα ᾖ.

C Ἑπτὰ δὲ μησὶ διὰ τῶν ποταμῶν εἰς τὴν θάλασσαν ὑπαχθεὶς λέγεται ταῖς ναυσὶν εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐμβαλεῖν. εἶτα ἀναστρέψων τὰς μὲν ναῦς παραπλεῖν ἐν δεξιᾷ τὴν Ἰνδικὴν ἐχούσας ἐκέλευσεν, αὐτὸς δὲ πεζῇ πορευόμενος εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν κατήντησε καὶ πλῆθος τοσοῦτον ἀπώλεσεν ὥστε τῆς στρατιᾶς μηδὲ τὸ τέταρτον ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἀνακομισθῆναι διὰ νόσους καὶ πονηρὰς διαίτας καὶ καύματα καὶ λιμόν. ἄπορον γὰρ διῄει χώραν, ὀλίγα πρόβατα ἔχουσαν, καὶ ταῦτα θαλαττίοις ἰχθύσι τρεφόμενα καὶ
W I 139 D σάρκα μοχθηρὰν ἔχοντα καὶ δυσώδη. ἐν ἑξήκοντα δ' ἡμέραις

1 post δὲ A add καί. 4 melius Καλανόν. 13 τὴν om A. 18 Ἰνδικῆς] μηδικῆς A. 19 ἄσπορον Plutarchus.

Fontes. *Cap.* 14. *Plutarchi Alexander* 63—77. λέγεται δὲ *p.* 353 *v.* 3 *sq. fortasse ex Arriano* 7 27.

14. Confirmata valetudine ulterius pergendo multas provincias et urbes subegit. cumque quosdam gymnosophistas cepisset, eisque multas difficiles quaestiones proposuisset, muneribus datis homines dimisit. Taxiles vero uni inter illos celebri Calano persuasit ut Alexandrum conveniret. is corium aridum proiecit et eius extrema per vices calcavit: quod cum fieret, aliae partes attollebantur. cum autem medium calcasset ac compressisset, totum corium quietum mansit et immobile. quo exemplo monebat Alexandrum ne in regni extremitatibus se contineret sed media occuparet, ut et circumiacentia loca in officio continerentur.

Septem mensibus per flumina in mare devectus fertur navibus oceanum ingressus esse. unde reversus, navibus dextram Indicae regionis oram legere iussis, ipse pedestri itinere proficiscens in extremam inopiam incidit, tantamque multitudinem amisit ut non quarta exercitus pars ob morbos, malum victum, aestum et famem ex India reverteretur. inopem enim provinciam pertransibat, quae paucas oves habebat marinis piscibus ali solitas, insuavi et foetenti carne. caeterum ea diebus

abstinere, relictis ibi qui ad ista facienda cives vi compellerent. quo tempore Eleazarus sacerdos eiusque discipuli Maccabaei cum matre sua pro divinarum legum observantia certamina obierunt. atque ii qui vim sustinere non poterant, imperata faciebant; qui vero generosis praediti animis, iniquis edictis adversabantur, acerbis cruciatibus interibant aut semineces in cruces agebantur: eorum vero uxores, pueris quos circumcidissent de collis earum suspensis, tyrannici satellites laqueo praefocabant. quod sicubi librum Hebraicae scripturae invenissent, eum abolebant, possessore miserabiliter interfecto. itaque Samaritani non iam se Iudaeorum cognatos profiteri, sed Sidonios sese nominare, et Garizniam aedem Graecanici Iovis appellare.

Erat tum sacerdos nomine Mattathias, filius Ioannis, Symeonis nepos, Asamonaei pronepos, quinque filiorum pater, Ioannis cognomento Gaddis, Simonis Thathis, Iudae Maccabaei, Eleazari Aurae, Ionathae Apphi. cum autem regii satellites in eorum vicum venissent et Mattathiam primum ut aliorum principem ritu Graeco rem divinam facere iussissent, ipse cum filiis renuit, et alio qui sacrificarat et duce Apelle

ἀγκαζε, καὶ τὸν βωμὸν καθελὼν μετὰ τῶν υἱῶν ἐξώρμησεν εἰς τὴν ἔρημον. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τούτους ζηλώσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν τέκνων ἔφυγον εἰς τὴν ἔρημον καὶ ἐν σπηλαίοις διῆγον. οἱ τοῦ Ἀντιόχου δὲ στρατηγοὶ δύναμιν ἀθροίσαντες ἐπῆλθον αὐτοῖς, καὶ προσβάλλουσιν ἐν σαββάτῳ, καὶ πολλοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις κατέφλεξαν οὐδὲ ἀμυνομένους διὰ τὸ τῆς ἡμέρας ἀργόν· οἱ δὲ διασωθέντες τῷ Ματταθίᾳ προσέθεντο. ὁ δὲ καὶ ἐν σαββάτοις αὐτοὺς παρῄνει μάχεσθαι, ἵνα μὴ ἀπόνως αὐτοὺς διαφθείρωσιν οἱ πολέμιοι ἐπιόντες κατὰ τὰ σάββατα. συναγα-
D γὼν οὖν δύναμιν ὁ Ματταθίας τούς τε βωμοὺς καθεῖλε καὶ τοὺς ἀσεβήσαντας ἔκτεινε καὶ τοὺς μὴ περιτμηθέντας τῶν παίδων ἐκέλευσε περιτέμνεσθαι. ἄρξας δὲ ἐπ' ἐνιαυτὸν καὶ νοσήσας τοῖς παισὶ τὸν αὐτοῦ ζῆλον μιμεῖσθαι παρῄνεσε καὶ ὑπὲρ τῶν νόμων εἰ δεήσει θανεῖν καὶ ἀλλήλοις ὁμονοεῖν. ταῦτα αὐτοῖς ἐντειλάμενος ἐτελεύτησε.

20. Τὴν δὲ τῶν πραγμάτων προστασίαν ὁ παῖς αὐτοῦ Ἰούδας ὁ καὶ Μακκαβαῖος περιεζώσατο, καὶ συναραμένων αὐτῷ τῶν τε συγγόνων καὶ ἄλλων τοὺς πολεμίους ἐκ τῆς χώρας ἀπώ-
W I 147 σατο καὶ τοὺς παρανομήσαντας τῶν ὁμοφύλων ἐκόλασεν. Ἀπολ-
P I 206 λώνιος δὲ ὁ τῆς Σαμαρείας στρατηγὸς κατὰ τοῦ Ἰούδα στρατεύσας αὐτός τε πίπτει καὶ πλεῖστοι τῶν σὺν αὐτῷ. ἅπερ ὁ τῆς Κιλικίας μαθὼν στρατηγὸς ἐπῆλθε κατὰ τοῦ Μακκαβαίου, καὶ συμβαλὼν τρέπεται καὶ θνήσκει, οἱ δ' ὑπ' αὐτὸν ἔφυγον· ἐπι-

8 σαββάτω A. 18 συγγενῶν A.

Fontes. *Cap.* 20. *Iosephi Ant.* 12 6 § 4—9 § 2.

tyrannici edicti ministro per indignationem interfectis araque eversa in solitudinem contendit. quorum aemulatione alii quoque multi incitati cum uxoribus et liberis eodem profugientes in speluncis vitam egerunt. verum Antiochi duces contractis copiis eos in sabbato aggressi multos in speluncis non repugnantes ob festi otium combusserunt. qui cladi superfuerant ad Mattathiam confugerunt. is eos hortatus ut in sabbatis etiam pugnarent, ne ab hostibus occasionem festi captantibus impune caederentur, collectis viribus et aras evertit et nefariis sacris pollutos occidit et pueros circumcidi iussit. ita imperio per unum annum gesto, filios ad concordiam et sui aemulationem cohortatus, ut, si opus esset, pro lege nec mortem oppetere dubitarent, ex morbo decessit.

20. Iudas illius filius, qui et Maccabaeus, rerum administratione suscepta, fratrum et aliorum ope hostibus Iudaea expulsis populares a quibus leges violatae erant suppliciis affecit, et Apollonium Samariae praetorem cum maxima exercitus parte cecidit. quo Ciliciae praetor cognito eum aggressus est, sed profligatus in fuga cum multis suorum

διώξας δὲ ὁ Ἰούδας πολλοὺς αὐτῶν ἀπέκτεινε. διὰ ταῦτα τοίνυν
ὀργισθεὶς ὁ Ἀντίοχος Λυσίᾳ τῷ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ ἐπιτρόπῳ
καταστρέψασθαι τὴν Ἰουδαίαν ἐκέλευσε καὶ τὸ ἔθνος ἀνδραποδί-
σασθαι καὶ κατασκάψαι τὴν Ἱερουσαλήμ. ὁ δὲ τρεῖς ἐπιλεξάμε-
νος στρατηγοὺς ἔπεμψε μετὰ βαρείας δυνάμεως. Ἰούδας δὲ τὸ
πλῆθος τῶν ἐναντίων ἰδὼν ἐπὶ τὸν θεὸν τιθέναι τὰς ἐλπίδας
παρῄνει τοῖς μετ' αὐτοῦ. καὶ δειπνήσας ἑσπέρας πυρά τε πολλὰ B
ἐν τῷ στρατοπέδῳ λιπὼν, διὰ τῆς νυκτὸς ὁδεύσας ἐπιτίθεται τοῖς
τοῦ Ἀντιόχου περὶ τὸν ὄρθρον· καὶ πολλοὺς μὲν μαχόμενος ἀπέ-
κτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς διώκων, ὡς ὑπὲρ τρισχιλίους πεσεῖν. καὶ
μετὰ τὴν ἧτταν τῶν ἐναντίων ἐπανελθὼν ὁ Ἰούδας ἐσκύλευσε τὸ
τούτων στρατόπεδον, καὶ λείαν πολλὴν πλοῦτόν τε λαβὼν ἄφθο-
νον εἰς τὴν οἰκείαν ὑπέστρεψε χαίρων. τῷ δ' ἐπιόντι ἐνιαυτῷ
στράτευμα πλεῖον ὁ Λυσίας ἀθροίσας ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν.
καὶ τοῖς προδρόμοις τούτου συμμίξας ὁ Ἰούδας νικᾷ. διὸ τὴν
λοιπὴν δύναμιν ὁ Λυσίας ἀναλαβὼν εἰς Ἀντιόχειαν ἐπανέζευξε,
καὶ παρεσκευάζετο μετὰ μείζονος στρατιᾶς εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐμ-
βαλεῖν. ὅ γε μὴν Ἰούδας εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβὰς ὥστε τὸν ναὸν C
ἐκκαθᾶραι, καὶ ἔρημον αὐτὸν εὑρηκὼς καὶ ἔν τισι καταπεπρη-
σμένον, ἐθρήνησε. καθάρας δὲ αὐτὸν σκεύη καινὰ εἰσεκόμισε
λυχνίαν τράπεζαν βωμὸν χρύσεα καὶ θυσιαστήριον καινὸν ἐκ λί-
θων οὐ σιδήρῳ τετμημένων ἀνῳκοδόμησεν, ἐθυμίασέ τε καὶ ὡλο-
καύτωσε καὶ ἄρτους ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἔθηκε. γέγονε δὲ ταῦτα
κατὰ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ὁ ναὸς ἐμιάνθη καὶ ἡ θρησκεία ἐβέβη-

1 ἔκτεινε A. 4 κατακόψαι A. 22 τετμημένων A, τετμημένον PW. ὁλοκαύτωσε A.

cecidit. quamobrem iratus Antiochus Lysiae suarum rerum curatori iussit ut Iudaeam subigat, Hierosolyma evertat et gentem sub corona vendat. is cum tres duces cum ingentibus copiis misisset, Iudas hostium multitudine conspecta suos milites fiduciam in deo collocare iussit; et vesperi cenatus, crebris pyris in castris accensis nocturnoque itinere facto, circa diluculum hostes adortus in pugna et fuga ultra tria milia interfecit. a caede hostium reversus castra diripuit, et opima praeda magnisque opibus partis laetus domum se recipit. sequenti anno Lysias pluribus copiis accitis in Iudaeam impressionem fecit; quarum praecursoribus a Iuda superatis reliquum exercitum Antiochiam reduxit, ut cum maiori numero Iudaeam repeteret. Iudas autem ad repurgandum templum Hierosolyma profectus, cum id desertum et alicubi crematum repperisset, flevit, eoque repurgato vasa nova aurea intulit, candelabra mensam aram; et novum sacrarium ex lapidibus ferro non excisis exstruxit, suffiit, holocausta obtulit, panes in mensa apposuit. haec eodem die facta sunt quo templum pollutum fuerat et cultus profanatus, triennio elapso,

λώθη, τριῶν παρελθόντων ἐνιαυτῶν, κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ πρόρρησιν πρὸ τετρακοσίων καὶ ὀκτὼ γενομένην ἐτῶν. καὶ ἔκτοτε ἑορτάζουσιν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν ἀνάκτησιν τῆς θρησκείας, φῶτα καλοῦντες αὐτήν. τειχίσας δὲ τὴν πόλιν φύλακας ἐγκατέστησεν. D ὡς δὲ τὰ πέριξ ἔθνη πολλοὺς τῶν Ἰουδαίων διέφθειρεν, ἐνεδρεύοντα διὰ βασκανίαν, πολέμοις αὐτοὺς ὁ Ἰούδας ἠμύνετο καὶ ἀνέστελλεν.

Ὁ δ' Ἀντίοχος μαθὼν πόλιν εἶναι ἐν τῇ Περσίδι πλούτῳ κομῶσαν Ἐλυμαΐδα ὀνομασμένην, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ πλῆρες ἀναθημάτων πολυτελῶν, ὥρμησεν ἐπ' αὐτὴν καὶ ἐπολιόρκει. ἀποκρουσθεὶς δὲ παρὰ τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπεξελθόντων φεύγων ἧκεν εἰς Βαβυλῶνα καὶ τῆς στρατιᾶς πλείστους ἀπέβαλεν. ἀλγοῦντι δὲ διὰ τοῦτο τῷ Ἀντιόχῳ ἀγγέλλεται ἡ τῶν στρατηγῶν ἧττα ἡ ὑπὸ Ἰουδαίων. καὶ τοῦ ἀλγήματος προστεθέντος ἐνόσησε· καὶ γνοὺς ὡς ἀποβιώσεται τοὺς ὑπ' αὐτὸν συνεκάλεσε, καὶ P I 207 πάσχειν οὕτως εἶπεν ὅτι τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐκάκωσε καὶ ἐσύλησε τὸν ναόν. ταῦτα λέγων ἐξέπνευσε, Φίλιππον τῶν φίλων ἕνα καταλιπὼν τῆς βασιλείας ἐπίτροπον, καὶ δοὺς αὐτῷ τὸ διάδημα καὶ τὸν δακτύλιον, ἵνα ταῦτα κομίσῃ τῷ υἱῷ Ἀντιόχῳ. ὁ δὲ Λυσίας θανόντα μαθὼν τὸν Ἀντίοχον, τὸν ἐκείνου υἱὸν ἀπέδειξε βασιλέα, καλέσας Εὐπάτορα.

21. Οἱ δ' ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Ἱεροσολύμων Μακεδόνες ἐκάκουν τοὺς Ἰουδαίους ἀνιόντας εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τῷ θῦσαι. διὸ

2 prius καὶ om A. 3 οἱ om A. 6 ἀνέστειλεν A. 12 ἀναγγέλλεται A.

Fontes. *Cap.* 21. *Iosephi Ant.* 12 9 § 3 — 10 § 5.

secundum Danielis oraculum annis ante 408 editum. ab eo tempore festum agunt Iudaei instauratae religionis, quod lumina vocant. praeterea urbem moenibus circumdedit et praesidio munivit. et cum finitimae gentes ex invidia multos Iudaeos per insidias caederent, eas Iudas bellis ulciscebatur ac reprimebat.

Antiochus cum audivisset urbem in Persia esse Elymaidem opibus abundantem, et fanum in ea Dianae pretiosis donariis refertum, contra eam proficiscitur. sed a civibus in aciem egressis ab obsidione repulsus fuga se Babylonem recepit, plurimis militibus amissis. eam cladem dolenti ut sui duces etiam a Iudaeis victi essent nuntiatur: unde maerore aucto in morbum incidit. ex quo cum sibi moriendum esse videret, suis ministris convocatis id sibi accidere dixit ob gentem Iudaicam infestatam et templum spoliatum. his dictis exspiravit, regni curatore relicto Philippo quodam ex amicis, cui anulum et diadema filio suo Antiocho apportanda dedit. de cuius obitu Lysias certior redditus filium eius regem declaravit, Eupatoris nomine indito.

21. Macedonibus qui Hierosolymis in praesidio relicti erant Iudaeos qui in templum sacrificandi ergo adscendebant infestantibus, Iudas

ἐξελεῖν ἔσπευδε τὴν φρουρὰν ὁ Ἰούδας καὶ καρτερῶς ἐπολιόρκει
αὐτήν. ὃ μαθὼν ὁ παῖς Ἀντίοχος ὠργίσθη, καὶ μετὰ μεγάλης B
δυνάμεως ἐξώρμησε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλήμ. Ἰούδας
δὲ ἀπαντήσας αὐτῷ, τῶν προδρόμων περὶ ἑξακοσίους ἀναιρεῖ.
καὶ Ἐλεάζαρ ὁ τοῦ Ἰούδα ὅμαιμων ὁ καὶ Αὔραν καλούμενος, τῶν
ἐλεφάντων τὸν ὑψηλότατον ἰδὼν ὡπλισμένον θώραξι βασιλικοῖς,
καὶ οἰηθεὶς αὐτῷ ἐποχεῖσθαι τὸν βασιλέα, μετὰ σφοδρᾶς ὁρμῆς
ἐπῆλθεν αὐτῷ, καὶ ὑπὸ τὴν γαστέρα τοῦ θηρίου γενόμενος ἔπλη-
ξεν αὐτὸν καὶ ἀπέκτεινεν. ὁ δ' ἐπικαταπεισθεὶς τῷ Ἐλεαζάρῳ
καὶ πιέσας αὐτὸν τῷ βάρει τοῦ σώματος ἔφθειρεν. ὁρῶν δὲ τὴν W I 148
τῶν πολεμίων ἰσχὺν ὁ Ἰούδας εἰς Ἱεροσόλυμα ἐπανῆλθε καὶ πρὸς
πολιορκίαν παρεσκευάζετο. Ἀντίοχος δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐλθὼν C
ἐπολιόρκει τὸ ἱερόν, καρτερῶς τῶν ἔνδον ἀμυνομένων. ἀλλὰ
τροφῆς ἐπιλιπούσης αὐτοῖς πολλοὶ ἀπεδίδρασκον. τοῦ μέντοι Φι-
λίππου, ὃν ἐπίτροπον τῆς βασιλείας θνήσκων ὁ Ἀντίοχος εἴασε,
σφετεριζομένου τὴν βασιλείαν, Λυσίας ὁ στρατηγὸς καὶ Ἀντίοχος
γνόντες τοῦτο, τοῖς πολιορκουμένοις ἐσπείσαντο ὥστε αὐτοὺς τοῖς
πατρῴοις κεχρῆσθαι νόμοις. εἰσδεχθεὶς οὖν εἰς τὴν πόλιν Ἀντίο-
χος καὶ ἰδὼν τὸν ναὸν ὀχυρώτατον, τοὺς ὅρκους ἠθέτησε καὶ τὸ
τεῖχος κατέσκαψε· καὶ οὕτως ὑπέστρεψε, καὶ τὸν ἀρχιερέα Ὀνίαν
ἐπαγόμενος, ὃς καὶ Μενέλαος ἐκαλεῖτο, ὡς πείσαντα τὸν πατέρα
αὐτοῦ τοὺς Ἰουδαίους βιάζεσθαι παραβῆναι τὰ ἔθη τὰ πάτρια, καὶ

6 ὁπλισμένον A. 10 ἔφθειρεν] ἔκτεινεν A. 13 τὸ ἱερόν A Iosephus, αὐτὴν PW. 18 εἰς τὴν πόλιν] εἰς αὐτὸ (τὸ ἱερὸν) Iosephus.

tollendi praesidii cupidus castellum fortiter oppugnabat. eo puer Antiochus nuntiato iratus ingentes copias contra Iudaeam et Hierosolyma ducit. cui Iudas obviam profectus ex propugnatoribus ad 600 occidit. Eleazarus vero cognomento Auran, Iudae frater, in altissimum elephantum regiis thoracibus armatum, ratus ei regem insidere, magno impetu invectus, belluae ventrem subiit, eiusque interfectae ruina oppressus et ipse interiit. Iudas autem viribus hostium visis Hierosolyma rediit, ad tolerandam obsidionem se paraturus. Antiocho igitur templum oppugnante, et defensoribus hostem strenue propulsantibus, ob commeatus inopiam multi diffugiebant. sed cum Lysias dux et Antiochus intellexissent Philippum, quem moriens Antiochus regni curatorem reliquerat, imperium sibi vindicare, iis condicionibus cum obsessis pepigerunt ut eis patriis legibus uti liceret. Antiochus vero in urbem receptus cum templum munitissimum esse vidisset, spreto iureiurando muros diruit, et sic reversus est, abducto etiam Onia pontifice, qui et Menelaus dicebatur, quippe qui patri suo cogendi Iudaeos ad patria instituta violanda auctor

D πολλῶν κακῶν γενόμενον αἴτιον. ὃν καὶ πέμψας εἰς Βέρροιαν τῆς Συρίας διέφθειρεν, ἔτη δέκα τῆς ἀρχιερωσύνης κρατήσαντα, γεγονότα δὲ ἀσεβῆ. ἀρχιερεὺς δὲ γέγονεν Ἄλκιμος, ὃς καὶ Ἰωακεὶμ ἐκαλεῖτο. ὁ δ᾽ Ἀντίοχος πολεμήσας πρὸς Φίλιππον καὶ χειρωσάμενος αὐτὸν ἔκτεινεν. ἰδὼν δὲ ὁ τοῦ ἀρχιερέως Σίμωνος τοῦ δικαίου υἱὸς Ὀνίας, ὃν παιδίον ὁ πατὴρ τελευτῶν, ὡς εἴρηται, καταλέλοιπεν, ὅτι τὴν ἀρχιερωσύνην Ἀλκίμῳ δέδωκεν ὁ Ἀντίοχος, μὴ τῷ γένει τῷ τῶν ἀρχιερέων προσήκοντι, φεύγει πρὸς Πτολε-
P I 208 μαῖον εἰς Αἴγυπτον· καὶ τιμηθεὶς λαμβάνει τόπον ἐν τῷ Ἡλιουπολίτῃ νομῷ, καὶ ἱερὸν ἐκεῖ ᾠκοδόμησε τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις παρεμφερές.

Δημήτριος δὲ φυγὼν ἐκ Ῥώμης ὁ Σελεύκου υἱός, καὶ καταντήσας τῆς Συρίας εἰς Τρίπολιν, τόν τε Ἀντίοχον καὶ τὸν Λυσίαν συλλαβὼν καὶ ἄμφω διέφθειρεν, ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς τοῦ Ἀντιόχου βασιλεύσαντος. τούτῳ τῷ Δημητρίῳ ὁ ἀρχιερεὺς Ἄλκιμος προσελθών, καὶ τῶν Ἰουδαίων πολλοὶ φυγάδες καὶ πονηροί, κατηγόρουν Ἰούδα τοῦ Μακκαβαίου καὶ τοῦ ἔθνους παντὸς ὡς τοὺς αὐτοῦ φίλους ἀπεκτονότων. ὁ δὲ παροξυνθεὶς πέμπει Βακχίδην
B αὐτῷ οἰκειότατον μετὰ μεγίστης δυνάμεως, ἐντειλάμενος αὐτῷ κτεῖναι καὶ τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. ὃς εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐλθὼν ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδελφούς, ἐπὶ εἰρήνην αὐτοὺς καλῶν. οἱ δὲ οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ. τινὲς δὲ

5 Σίμωνος τοῦ δικαίου om A. 8 τῶν ἀρχιερέων A Iosephus, ἀρχιερατικῷ PW. 9 ἡλιουπολίτου A. 18 ἀπεκταινόντων A. 21 ἀνελθὼν A.

fuisset multisque malis causam praebuisset. quem Berrhoeam missum denique sustulit, hominem impium, cum annos decem sacerdotio functus esset. pontificem vero designavit Alcimum, qui et Ioachimus dicebatur. Philippum quoque superatum et captum occidit. caeterum Onias Simonis iusti filius, quem pater moriens, ut dictum est, puerum reliquerat, cum Antiochus pontificatum Alcimo a familia pontificum alieno dedisset, in Aegyptum confugit, atque a Ptolemaeo honorifice susceptus, loco in Heliopolitana praefectura capto, templum instar Hierosolymitani condidit.

Demetrius porro Seleuci filius cum Roma in Syriae Tripolim profugisset, Antiochum et Lysiam comprehensos occidit secundo anno regni Antiochi. apud hunc Demetrium Alcimus pontifex et Iudaeorum exsules atque improbissimi quique Iudam Maccabaeum et totam gentem de interfectis regis amicis accusarunt. qua criminatione irritatus Bacchidem intimum amicum cum maximis copiis misit, mandavitque ut Iudam et suos occideret. is in Iudaeam profectus Iudam et fratres eius ad pacem provocavit. sed illis fidem ei non habentibus quidam plebeii homines

τῶν τοῦ δήμου λαβόντες ὅρκους παρὰ Βακχίδου προσῆλθον αὐτῷ· ὃς τῶν ὅρκων καταφρονήσας ἑξήκοντα τούτων ἀπέκτεινε καὶ οὕτω τῶν λοιπῶν τὴν ὁρμὴν τοῦ αὐτῷ προσιέναι ἀνέκοψε. τοῖς δ' ἐν τῇ χώρᾳ πᾶσι προσέταξεν ὑπακούειν τοῦ ἀρχιερέως Ἀλκίμου. καὶ ταῦτα διαπραξάμενος εἰς Ἀντιόχειαν ἐπανῆλθε. Ἄλκιμος δὲ πρὸς χάριν ὁμιλῶν ἑκάστῳ, καὶ πάντας ὑποποιούμενος, ταχὺ πολλὴν συνέλεξε δύναμιν, ὧν οἱ πλείους ἐκ τῶν φυγάδων ἦσαν καὶ ἀσεβῶν, δι' ὧν τοὺς τὰ Ἰούδα φρονοῦντας ἐκτίννυε· καὶ Ἰούδας δ' C ἑτέρωθεν τοὺς τὰ Ἀλκίμου πράττοντας διέφθειρεν· ὁ δὲ τὸν Δημήτριον κατὰ τοῦ Ἰούδα ἠρέθιζε. πέμπει τοίνυν αὖθις ὁ βασιλεὺς Νικάνωρα μετὰ μεγίστης χειρός, ἐντειλάμενος τοῦ ἔθνους μὴ φείσασθαι. κἀκεῖνος ἀπελθὼν δόλῳ κατασχεῖν ἐπεχείρησε τὸν Ἰούδαν, καὶ πρὸς εἰρήνην προεκαλεῖτο αὐτόν· ὁ δὲ πίστεις δοὺς καὶ λαβὼν τὸν Νικάνωρα μετὰ τῆς δυνάμεως εἰσεδέξατο. καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν ὁ Νικάνωρ καὶ προσομιλῶν σημεῖον τοῖς ἑαυτοῦ δέδωκε συλλαβεῖν τὸν Ἰούδαν. γνοὺς δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ὁ ἀνὴρ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἐκπηδήσας ἐξέφυγε. γνωσθείσης δὲ τῆς ἐνέδρας φανερὰν μάχην συνεκρότησεν ὁ Νικάνωρ, καὶ νενίκηκεν. D ἐντεῦθεν Ἰούδας εἰς τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἀκρόπολιν κατέφυγε. Νικάνωρ δὲ ἠπείλησε τῷ λαῷ, εἰ μὴ παραδῴη αὐτῷ τὸν Ἰούδαν, καταβαλεῖν τὸν ναόν. ὁ δὲ Ἰούδας τοῖς μετ' αὐτοῦ χιλίοις οὖσι διαλεχθεὶς παρώρμησε σφᾶς εἰς ἀλκήν, καὶ συμβα-

4 πάσῃ A. 5 διαταξάμενος A. 9 διέφθειρε πράττοντας A.
11 sq. Νικάνωρα et Νικάνωρος] sic libri. 14 τῆς om A.
17 Ἰουδαίους] ἰδίους Iosephus. 20 κατέφευγε A.

iureiurando accepto ad illum transfugerunt: qui spreta religione sexaginta eorum interfectis caeteros a transfugio deterruit; et iis qui regionem incolebant Alcimo pontifici parere iussis Antiochiam rediit. Alcimus vero singulos blande alloquendo et omnibus sibi conciliatis celeriter magnum exercitum exsulum maiori ex parte et impiorum hominum contraxit, quibus ad Iudae studiosos trucidandos utebatur. quod exemplum cum Iudas in adversam factionem retorqueret, Alcimus Demetrium perpulit ut Nicanorem cum ingentibus copiis contra Iudam mitteret, mandaretque ne genti parceret. is in Iudaeam profectus Iudam per speciem pacificationis dolo capere instituit. a quo fide data acceptaque cum copiis in urbem receptus inter salutandum et colloquendum signum dat suis ut virum comprehendant. at ille insidiis animadversis ad Iudaeos prosiliens effugit. Nicanor igitur eo conatu frustratus iam aperto Marte rem gerens superior factus, Iuda in arcem Hierosolymitanam compulso, minatur populo, ni illum dedant, se templum eversurum. Iudas vero suos mile viros ad rem fortiter gerendam cohortatus impetum in hostes

λῶν τοῖς πολεμίοις ἐνίκησε, πολλῶν πεσόντων καὶ αὐτοῦ τοῦ Νικάνωρος· οἱ δὲ λοιποὶ ἔφευγον, καὶ πάντες ἐφθάρησαν καταλαμβανόμενοι. καὶ οὕτω πρὸς ὀλίγον Ἰουδαῖοι ἐκ τῶν πολέμων ἀνεπαύσαντο.

W I 149 22. Τοῦ δὲ ἀρχιερέως Ἀλκίμου τοῦ καὶ Ἰωακεὶμ θεηλάτῳ βληθέντος πληγῇ καὶ οὕτω τὴν ζωὴν ἀπορρήξαντος μετὰ ἔτη τέσσαρα τοῦ ἀρχιερατεῦσαι, τῷ Ἰούδᾳ τὴν ἀρχιερωσύνην
P I 209 ἀπένειμεν ὁ λαός. ἀκούσας δὲ ὁ Ἰούδας μέγα δύνασθαι τοὺς Ῥωμαίους, καὶ χειρώσασθαι Γαλάτας καὶ Ἴβηρας καὶ Καρχηδονίους καὶ Λίβυας καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν καὶ τοὺς βασιλεῖς Περσέα καὶ Φίλιππον καὶ Ἀντίοχον, ἔπεμψε φιλίαν αἰτῶν, καὶ Δημητρίῳ γράψαι ἠξίου μὴ πολεμεῖν Ἰουδαίοις. ἡ δὲ σύγκλητος καὶ φιλίαν ὡμολόγησε καὶ συμμαχεῖν Ἰουδαίοις κατένευσε. Δημήτριος δὲ τὸν θάνατον μαθὼν τοῦ Νικάνωρος καὶ τῆς στρατιᾶς τὴν ἀπώλειαν, πάλιν τὸν Βακχίδην ἀπέστειλεν. ὁ δὲ πρὸς τὸν Ἰούδαν ἠπείγετο, ἐστρατοπεδευκότα ἔν τινι κώμῃ μετὰ χιλίων.
B οἳ τὸ μετὰ Βακχίδου δείσαντες στράτευμα, συνεβούλευον αὐτῷ ἀναχωρεῖν καὶ σώζεσθαι. ὡς δ' ἐκεῖνος "μὴ τοῦτο" εἶπεν "ἴδοι γινόμενον ἥλιος, ὥστε με νῶτα δοῦναι τοῖς ἐναντίοις," πολλοὶ τῶν μετ' αὐτοῦ ἔφυγον. συμβαλὼν δὲ τῷ Βακχίδῃ μέχρι πολλοῦ ἀγχωμάλως ἐμάχετο, περὶ δέ γε δυσμὰς ἐπιβρίσας μετὰ τῶν εὐψυχοτάτων ἐν τῷ δεξιῷ κέρατι, ὅπου καὶ ὁ Βακχίδης ἦν, τὴν φάλαγγα διασπᾷ καὶ ἐτρέψατο εἰς φυγήν. ἐπελθόντες δ' οἱ κατὰ

3 πολεμίων A. 7 ἀρχιεροσύνην PW. 8 alterum ὁ add A.

FONTES. *Cap. 22. Iosephi Ant.* 12 10 § 6—13 1 § 6.

facit, multos caedit et inter alios ipsum quoque Nicanorem: reliqui in fuga omnes cadunt. sic Iudaeis aliquantisper a bellis quies parta est.

22. Pontifice Alcimo sive Ioachimo ex plaga divinitus immissa post quartum sacerdotii annum mortuo populus Iudae pontificatum decrevit. qui cum audisset magnam esse Romanorum potentiam, eosque subegisse Galatas Hispanos Carthaginenses Libyam, totam Graeciam, et Perseum Philippum atque Antiochum reges, legatos societatis petendae causa misit, rogavitque ut Demetrio scriberent ne Iudaeis bellum inferret. ac Romani quidem et amicitiam et societatem Iudaeis promiserunt: Demetrius autem morte Nicanoris et internecione exercitus cognita denuo Bacchidem misit. qui cum ad Iudam properaret in quodam vico cum suis mile viris castra metatum, ii metu copiarum illius Iudae recedendi et salutis quaerendae auctores fuerunt. ipse vero dixit "absit ut sol videat me tergum dare hostibus." et quamvis multi e suis profugissent, tamen diu aequo Marte cum hoste certavit; et circa solis occasum cum audacissimis impetu in cornu dextrum facto, in quo et Bacchides erat, phalangem disiectam in fugam compulit. qui autem in si-

τὸ εὐώνυμον ἐκύκλωσαν τὸν Ἰούδαν. ὁ δὲ στὰς ἐμάχετο μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ πολλοὺς κτείνας τέλος καὶ αὐτὸς ἔπεσεν· οὗ πεσόντος οἱ σὺν αὐτῷ ἔφυγον. ἐπὶ τρίτον δ' ἔτος τῇ ἀρχιερωσύνῃ ἐμπρέψας, καὶ γενναῖος ἀνὴρ γεγονώς, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τοῦ ἔθνους πάντα καὶ δρᾶσαι καὶ παθεῖν ἕτοιμος γεγονώς, ἀπέθανε.

Θανόντος δ' ἐκείνου, τοῖς ἀσεβήσασι τῶν Ἰουδαίων καὶ παραβεβηκόσι τὰ πάτρια τὴν τῆς χώρας ἐπιμέλειαν ὁ Βακχίδης ἀνέθετο. οἱ δὲ παντοίως τοὺς ὁμοφύλους ἐκάκουν, καὶ τοὺς Ἰούδα ὁμόφρονας συλλαμβάνοντες τῷ Βακχίδῃ προσῆγον, καὶ ὃς αἰκίζων αὐτοὺς πρότερον εἶτα διέφθειρεν. οἱ δέ γε περίλοιποι τῶν ἑταίρων Ἰούδα Ἰωνάθην τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου πείσαντες τῶν Ἰουδαίων ἀποδεικνύουσι στρατηγόν. καὶ ὁ Βακχίδης ἀποκτεῖναι D
δόλῳ τὸν Ἰωνάθην ἐζήτει· ὁ δὲ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Σίμωνος καὶ τῶν ἑταίρων εἰς ἔρημον ἔφυγε. καὶ ἐπ' αὐτοὺς ὁ Βακχίδης ὡρμήκει· ὁ δ' Ἰωνάθης τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννην πρὸς τοὺς Ναβαταίους Ἄραβας ἔπεμψεν (ἦσαν γὰρ φίλοι) παραθησόμενον αὐτοῖς τὴν ἀποσκευήν. ἀπιόντα δὲ τοῦτον οἱ Ἀμαραίου παῖδες λοχήσαντες κτείνουσι σὺν τοῖς ἑπομένοις, καὶ τὰ κομιζόμενα διηρπάκασι. Βακχίδης δὲ ἐν σαββάτῳ τῷ Ἰωνάθαν ἐπῆλθεν ὡς τάχα διὰ τὸν νόμον μὴ μαχουμένῳ. ὁ δὲ περὶ ψυχῶν εἶναι φήσας τὸν κίνδυνον, ἀντετάξατο, καὶ πολλοὺς ἀποκτείνας καὶ κατὰ Βακχί- P I 210

11 δέ γε] γοῦν A. 18 παρασκευήν A. ἀμαραίου W, Ἀμαρείου P. 19 κομιζόμενα A, νομιζόμενα PW. 20 τῷ ἰωνάθαν ἐπῆλθεν A, τῷ ἰωνάθα ἐπῆλθεν codex Ducangii, τὸν Ἰωνάθαν ἐζήτει καὶ ἐπῆλθεν αὐτῷ PW. 21 μαχουμένῳ A, μαχομένῳ PW Iosephus.

nistro cornu erant, Iudam circumvenerunt. qui dum pugnam cum suis ciet, multis caesis tandem et ipse cadit. post ducis interitum milites quoque fugerunt. obiit tertio pontificatus praeclare gesti anno, cum se virum fortem praestitisset, pro libertate patriae quidvis et facere et perpeti paratus.

Post illius interitum Iudaeis impiis et patriarum legum violatoribus Bacchides provinciae administrationem mandavit. qui populares suos variis modis afflixere, et Iudae amicos comprehensos ad Bacchidem adduxerunt; quos ille prius excruciatos necavit. sed cum reliquiae amicorum Iudae fratri eius Ionathae persuasissent ut Iudaeorum dux esse vellet, Bacchides insidias ei tetendit, et cum sociis in desertum profugum persequi maturavit. Ionathas vero fratrem Ioannem ad Nabataeos Arabes amicos, ut impedimenta illorum fidei crederet, misit: quem una cum comitibus Amaraei liberi in itinere sarcinis direptis per insidias occiderunt. Bacchides vero cum Ionatham sabbato invaderet, ratus propter festum non pugnaturum, deceptus est. nam cum salutem civium agi diceret, acie instructa, multis occisis, stricto ense impetum in Bac-

δου ὁρμήσας ὡς πλήξων αὐτόν, καὶ ἀποτυχών, εἰς τὸν ποταμὸν ἥλατο μετὰ τῶν ἑταίρων καὶ διενήξατο. καὶ ὁ Βακχίδης εἰς τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἄκραν ὑπέστρεψε, καὶ τῶν πρώτων τῆς Ἰουδαίας παῖδας ὁμήρους λαβὼν εἰς τὴν ἄκραν ἐνέκλεισεν. Ἰωνάθῃ δ' ἐμέλησε τὸν φόνον τιμωρῆσαι τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου. γάμον δὲ τῶν τοῦ Ἀμαραίου παίδων τελούντων, καὶ ἐκ πόλεως εἰς ἑτέραν τὸν νυμφίον καὶ τὴν νύμφην ἀγόντων μετὰ πολυτελοῦς προπομπῆς, ἐνεδρεύσας ἐκεῖνος ἐν ὄρει μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιτίθεται τοῖς ἐν τῇ πομπῇ, καὶ διέφθειρεν ἅπαντας, καὶ ἃ ἔφερον διήρπασε ξύμπαντα. διῆγον δ' Ἰωνάθης καὶ Σίμων μετὰ τῶν περὶ αὐτοὺς εἰς τὰ ἕλη τοῦ ποταμοῦ. Βακχίδης δὲ φρουρὰν εἰς Ἰου-
B δαίαν καταλιπὼν πρὸς τὸν Δημήτριον ἐπανῆλθεν. ἠρεμοῦντος δ' ἔκτοτε τοῦ ἔθνους ἐπ' ἔτη δύο, Ἰωνάθης καὶ οἱ περὶ αὐτὸν σὺν ἀδείᾳ ἐν τῇ χώρᾳ διέτριβον. οἱ οὖν ἀσεβήσαντες Ἰουδαῖοι πρὸς τὸν βασιλέα Δημήτριον πέμπουσι, δηλοῦντες ἀπόνως τὸν
W I 150 Ἰωνάθην, εἰ πεμφθείη τις ἐπ' αὐτόν, συλληφθήσεσθαι. καὶ πέμπει τὸν Βακχίδην ὁ βασιλεύς. ὁ δὲ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐλθὼν καὶ συλλαβέσθαι τὸν Ἰωνάθαν καίτοι σπουδάσας οὐχ οἷός τε ὤν, πεντήκοντα ἐκ τῶν περὶ Ἰωνάθαν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀναφορὰν ποιησάντων τοὺς προκρίτους ὡς ψευσαμένους ἀπέκτεινεν. Ἰωνάθης δὲ καὶ Σίμων καὶ οἱ περὶ αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον ἀνεχώρησαν, ἔνθα πύργους οἰκοδομήσας προσέμενε. καὶ ὁ Βακχίδης ἐλθὼν
C ἐπολιόρκει αὐτόν. Ἰωνάθης δὲ τὸν ἀδελφὸν ἐκεῖ λιπὼν Σίμωνα,

5 δὲ] οὖν A. 9 διήρπασε A, διήρπαξε PW. 12 τὸν om A. 16 ἰωνάθαν A. 19 ἰωνάθου A. 22 πύργον A: Iosephus πύργους.

chidem fecit. sed cum aberrasset, cum suis sociis in amnem desiluit eumque tranavit. Bacchides in castellum Hierosolymitanum reversus principum Iudaeorum filios obsides sumptos in arce conclusit. Ionathas porro caedem fratris Ioannis ulturus, cum Amaraei filii nuptias celebrantes sponsum et sponsam cum sumptuoso comitatu ex urbe in urbem ducerent, insidiis in monte quodam collocatis omnes interficit et ea quae ferebant diripit. degebat autem cum fratre in fluminis paludibus. Bacchides autem relicto in Iudaea praesidio ad Demetrium est reversus. ab eo tempore populo ad biennium quiete concessa Ionathas et sui metus expertes in Iudaea versati sunt. qua de causa Iudaei desertores regi Demetrio significant, si quis contra Ionatham mittatur, hominem sine labore comprehensum iri. Bacchides igitur in Iudaeam missus cum omni adhibito studio eum capere non posset, quinquaginta selectos ex iis qui rem falso ad regem detulissent occidit. Ionathas vero cum Simone et sociis in turribus quas in deserto struxerat se tenebat. quas dum Bacchides oppugnat, fratre Simone in castello relicto Ionathas clam

αὐτὸς λάθρα ἐξελθὼν καὶ πολλοὺς ἐκ τῆς χώρας συναγαγὼν νύκτωρ τῷ Βακχίδῃ καὶ τῇ αὐτοῦ προσέβαλε στρατιᾷ. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτὸς ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ καὶ ὁ Σίμων, ὑπεξελθὼν κἀκεῖνος ἀπὸ τῶν ἐρυμάτων, ἐμπρήσαντες καὶ τὰς πολιορκητικὰς μηχανάς. ἀθυμήσας δὲ διὰ ταῦτα ὁ Βακχίδης ἤθελεν ἀναζεῦξαι, ἐζήτει δ᾽ αἰτίαν τῆς ἀναζυγῆς εὐπρεπῆ. καὶ ὁ Ἰωνάθης τοῦτο μαθὼν πρεσβεύεται περὶ φιλίας, ἵνα ἑκάτεροι ἀλλήλοις ἀντιδῶσιν οὓς εἶχον αἰχμαλώτους. δεξάμενος οὖν τὴν πρεσβείαν ὁ Βακχίδης σπένδεται. καὶ ὤμοσαν μηκέτι κατ᾽ ἀλλήλων στρατεύειν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἠλλάξαντο. καὶ ὁ μὲν Βακχίδης D ὑποστρέψας οὐκέτι κατὰ τῆς Ἰουδαίας ἐπῆλθεν, ὁ δὲ Ἰωνάθης ἀδείας τυχὼν τὰ τῶν ὁμοεθνῶν διίθυνε πράγματα ἐκόλαζέ τε τοὺς ἀσεβήσαντας.

23. Ἀλέξανδρος δὲ τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου υἱὸς τὴν Πτολεμαΐδα ἐκ προδοσίας παρειληφὼς ἐτάραξε τὸν Δημήτριον, ὥστε καὶ τὰς δυνάμεις ἀθροίζειν καὶ πέμψαι πρὸς Ἰωνάθην περὶ εὐνοίας καὶ συμμαχίας. ἐπέτρεπέ τε αὐτῷ στράτευμα συνιστᾶν, καὶ οὓς ἐν τῇ ἄκρᾳ κατέκλεισεν ὁ Βακχίδης παῖδας ὡς ὁμηρεύοντας παρεχώρει ἀπολαβεῖν. δεξάμενος οὖν τὴν ἐπιστολὴν Ἰωνάθης τοῦ βασιλέως εἰς Ἱεροσόλυμα παραγέγονε, καὶ ταύτην εἰς ἐπήκοον τοῦ λαοῦ καὶ τῶν φυλάκων ἀνέγνω, καὶ τοὺς παῖδας P I 211 λαβὼν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τοῖς γονεῦσιν ἀπέδωκεν ἑκάστῳ τὸν ἴδιον, καὶ αὐτὸς ἐν Ἱεροσολύμοις διέτριβε καινίζων τὴν πόλιν καὶ τὰ τείχη αὐτῆς ἀνοικοδομῶν. γράφει δὲ καὶ Ἀλέξανδρος

Fontes. *Cap.* 23. *Iosephi Ant.* 13 2 § 1—4 § 8.

egreditur; et multis ex agro conductis noctu in hostes impetum facit; ac multos ipse, multos Simon caedit, clam et ipse castello egressus, obsidionalibus machinis incensis. ea clade Bacchidem maestum recedendi causam honestam quaerere cum intellexisset Ionathas, per legatos illius amicitiam petit. quam cum Bacchides ea condicione accepisset ut captivis utrinque redditis iureiurando affirmarent neutrum alteri deinceps arma illaturum, digressus non amplius Iudaeos invasit. Ionathas vero popularium rem publicam securus administravit ac supplicium de impiis sumpsit.

23. Caeterum Alexander Antiochi Epiphanis filius Ptolemaide per proditionem occupata Demetrium perturbavit, ut copias contraheret et Ionathae amicitiam societatemque expeteret, potestate data exercitus conscribendi et pueros obsides a Bacchide in castello conclusos recipiendi. Ionathas igitur Hierosolyma profectus, regis epistola populo et militibus praesidiariis audientibus recitata, pueros ex arce receptos parentibus restituit, atque urbem renovat, moenia instaurat. Alexandro

Ἰωνάθῃ, εἰς συμμαχίαν καλῶν αὐτὸν καὶ φίλον ποιούμενος καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτῷ παρασχὼν καὶ δῶρα πεπομφώς. ὁ δὲ δεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν περιβάλλεται κατὰ τὴν τῆς σκηνοπηγίας ἑορτήν, τεσσάρων ἐκμετρηθέντων ἐνιαυτῶν ἐξότου τέθνηκεν Ἰούδας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, δύναμίν τε συνήγαγε καὶ ὅπλα ἡτοίμασε. συμμίξας δὲ τῷ Δημητρίῳ Ἀλέξανδρος νικᾷ, τοῦ Δημητρίου εἰς τέλμα βαθὺ ἐμπεσόντος μετὰ τοῦ ἵππου καὶ B δυσεκπόρευτον, ἔνθα περιστάντων τῶν πολεμίων αὐτὸν κατατρωθεὶς ἔπεσε, πολλοὺς καὶ αὐτὸς ἀνελών. ἔτη δὲ ἐβασίλευσεν ἕνδεκα.

Τὴν δὲ τῆς Συρίας παραλαβὼν βασιλείαν Ἀλέξανδρος τὴν τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος θυγατέρα Κλεοπάτραν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα μνηστεύεται. καὶ τῶν γάμων τελουμένων ἔγραψεν Ἰωνάθῃ εἰς Πτολεμαΐδα παραγενέσθαι. ἀφικόμενος δ' ἐτιμήθη καὶ παρὰ Πτολεμαίου καὶ παρὰ Ἀλεξάνδρου. Δημητρίου δὲ τοῦ υἱοῦ τοῦ τελευτήσαντος Δημητρίου καταπλεύσαντος ἐκ Κρήτης εἰς Κιλικίαν μετὰ βαρείας δυνάμεως, ἐναγώνιος ἦν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ ὁ μὲν εἰς Ἀντιόχειαν ἔσπευσεν ἀσφαλισόμενος τὰ ἐκεῖ, τῆς δὲ Συρίας ἐπίτροπον Ἀπολλώνιον τὸν Δάον κατέλιπεν. ὃς C πρὸς Ἰωνάθην στείλας, ἄδικον ἔλεγεν εἶναι μόνον αὐτὸν μὴ ὑπείκειν τῷ βασιλεῖ, καὶ πρὸς μάχην προεκαλεῖτο αὐτόν, καὶ εἰς ἀνανδρίαν τὸ ἔθνος ὠνείδιζε. τούτοις παροξυνθεὶς ὁ ἀρχιερεὺς συνάπτει πρὸς Ἀπολλώνιον πόλεμον, καὶ νικᾷ καὶ πολλοὺς τῶν ἐναντίων ἀναιρεῖ καὶ πόλεις τῆς Συρίας αἱρεῖ, καὶ μετὰ λείας πολ-

8 αὐτῷ A. 14 εἰς AW Iosephus, πρὸς P. 15 prius καὶ add A. alterum παρὰ A, παρὰ τοῦ PW. 17 δυνάμεως AW, χειρὸς P.

quoque societatem eius expetente et amicitiam suam cum pontificatu, muneribus missis, offerente, pontificia stola in festo tabernaculorum, quarto post Iudae fratris interitum anno, induta, milites et arma parat. Alexander vero Demetrium acie vincit: nam is in palustrem locum cum equo illapsus, unde emergere haud facile poterat, ab hostibus circumventus et vulneribus confectus, multis prius interfectis, anno regni undecimo interiit.

Regno Syriae potitus Alexander Cleopatram Ptolemaei Philometoris filiam ducit, Ionatha etiam ad nuptias invitato. qui cum Ptolemaidem venisset, tam a Ptolemaeo quam ab Alexandro honorifice est exceptus. Demetrio porro defuncti Demetrii filio cum ingentibus copiis ex Creta in Ciliciam profecto Alexander sollicitus Antiochiam properat ad loca illa in tuto collocanda, Syria Apollonio Dao mandata. qui cum Ionatha expostulans quod solus regi non pareret, obiecta ignavia ad pugnam eum provocavit. iis verbis commotus pontifex praelium cum Apollonio committit, et multis hostium caesis atque urbibus Syriae captis cum lu-

λῆς ἀναζεύγνυσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ταῦτα μαθὼν πέμπει πρὸς Ἰωνάθην, χαίρειν λέγων ἐπὶ τῇ ἥττῃ Ἀπολλωνίου, ὡς παρὰ γνώμην αὐτοῦ μαχεσαμένου αὐτῷ φίλῳ καὶ συμμάχῳ ὄντι. ὅ γε μὴν Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ πρὸς συμμαχίαν ἀπιὼν Ἀλεξάνδρου σὺν δυνάμει ναυτικῇ καὶ πεζῇ, καὶ εἰς Πτολεμαΐδα γενόμενος, μικροῦ ἂν ἐκινδύνευσε, τοῦ Ἀλεξάνδρου αὐτῷ διά τινος τῶν φίλων Ἀμμωνίου ἐπιβουλεύσαντος. διαδρὰς D W I 151 δὲ τὴν ἐπιβουλήν, ᾔτει πρὸς κόλασιν τὸν Ἀμμώνιον· οὐκ ἐξεδίδου δὲ αὐτὸν ὁ Ἀλέξανδρος. ὅθεν γνοὺς ὁ Πτολεμαῖος συνίστορα τῆς ἐπιβουλῆς τὸν Ἀλέξανδρον, τῆς τε συμμαχίας ἀπέσχετο καὶ τὴν ἀγχιστείαν διέλυσε. τὴν γὰρ θυγατέρα ἀποσπάσας αὐτοῦ διαπέμπεται πρὸς Δημήτριον, συμμαχήσειν αὐτῷ ὑπισχνούμενος καὶ συζεῦξαι τὴν θυγατέρα καὶ εἰς τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἐγκαθιδρῦσαι. καὶ ὁ Δημήτριος ἀσμένως τὸν γάμον καὶ τὴν συμμαχίαν προσίεται. Πτολεμαίῳ δὲ σπούδασμα ἦν πεῖσαι τοὺς Ἀντιοχεῖς δέξασθαι τὸν Δημήτριον. καὶ ἤνυσε ῥᾳδίως τὸ σπουδαζόμενον, τῶν Ἀντιοχέων μισούντων τὸν Ἀλέξανδρον διά τε τὸν πατέρα αὐτοῦ παρανομήσαντα εἰς αὐτοὺς καὶ διὰ τὸν Ἀμμώνιον· οἳ ταχέως αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἐξέβαλον. καὶ ὁ μὲν ἐκβληθεὶς ἐκεῖθεν εἰς Κιλικίαν ἧκεν, οἱ δ' Ἀντιοχεῖς τὸν Πτολεμαῖον ἀνέδειξαν βασι- P I 212 λέα, καὶ δύο περιθέσθαι ἠνάγκασαν διαδήματα, ἅτε δὴ τῆς Συρίας καὶ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντα. ὁ δὲ λογίσασθαι τὰ μέλλοντα οἷός τε ὢν διὰ σύνεσιν, ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς Ῥωμαίοις ἤδη μέγα

2 ἰωνάθαν A. 5 σὺν om A. 11 τὴν γὰρ] καὶ τὴν A. 20 βασιλέα τὸν πτολ. ἀνέδ. A. 21 παραθέσθαι codex Colberteus. δὴ om A.

culenta praeda victor Hierosolyma revertitur. quo cognito Alexander Ionathae nuntiari iubet se gaudere clade Apollonii, qui contra suam sententiam ei amico et socio arma intulerit. sed Ptolemaeus Philometor Alexandro classe et pedestribus copiis opem ferens, Ptolemaide insidiis generi, quas per Ammonium e suis amicis quendam struxerat, paene interisset. quibus evitatis dedi sibi postulavit Ammonium. quod Alexandro detrectante, eum insidiarum fuisse conscium iudicans et belli societate abstinuit et affinitatem diremit, et filiam ab eo avulsam et auxilia Demetrio per legatos pollicetur. quarum condicionum utramque illo alacriter amplexo, Antiochenis persuadere conatus est ut Demetrium reciperent; idque ob Alexandri odium propter paternas iniurias et Ammonium facile impetratum. illo igitur eiecto atque in Ciliciam profecto Antiocheni Ptolemaeum regem declararunt, et bina diademata, ut et Aegypti et Syriae regem, gestare coegerunt. at ille ut homo prudens futura considerans, ne Romanorum odia, quorum opes magnae essent, suscipe-

δυναμένοις ἐπίφθονος, πείθει τοὺς Ἀντιοχεῖς δέξασθαι τὸν Δημήτριον. τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου κατὰ τῆς Συρίας ἐπιόντος σὺν πολλῇ στρατιᾷ καὶ τὴν τῶν Ἀντιοχέων χώραν δῃώσαντος, ὁ Πτολεμαῖος σὺν Δημητρίῳ, ἤδη αὐτῷ τὴν θυγατέρα γαμικῶς ἁρμοσάμενος, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτόν. καὶ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἡττηθεὶς εἰς Ἀραβίαν προσπέφευγεν, ὁ δέ γε Πτολεμαῖος ἐκ τοῦ ἵππου ἐκ-
B πεπτωκὼς δι' ἐλέφαντος βοὴν ταραχθέντος καὶ ἀποσεισαμένου αὐτόν, πολλὰ κατὰ τῆς κεφαλῆς ἐδέξατο τραύματα τῶν πολεμίων περιστάντων αὐτόν, μόλις δ' ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων ἐξαρπασθεὶς ἐφ' ἡμέρας ἔκειτο τέσσαρας, μήτε συνιεὶς μήτε μέντοι φθεγγόμενος. ἀνενεγκὼν δὲ τῇ πέμπτῃ τῶν ἡμερῶν, καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου δεξάμενος κεφαλὴν παρὰ τοῦ τῶν Ἀράβων δυνάστου πεμφθεῖσαν αὐτῷ, καὶ ἡδυνθεὶς ἐπὶ τῇ ἐκείνου φθορᾷ, καὶ αὐτὸς μετὰ μικρὸν ἐτελεύτησε.

24. Παραλαβὼν δὲ τὴν τῆς Ἀσίας βασιλείαν Δημήτριος ὁ Νικάνωρ μετὰ Ἀλέξανδρον ἔτη βασιλεύσαντα πέντε, ἤρξατο διαφθείρειν τὸ τοῦ Πτολεμαίου στρατιωτικόν, τῆς τε συμμαχίας
C καὶ συγγενείας ἀμνημονήσας. οἱ μὲν οὖν στρατιῶται τὴν πεῖραν ἐκείνου διακρουσάμενοι εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀνεχώρησαν, τῶν δ' ἐλεφάντων ἐκράτησεν. Ἰωνάθης δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ἐπολιόρκει τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἀκρόπολιν, ἔχουσαν ἔνδον Μακεδόνας φρουροὺς καὶ τῶν ἀσεβησάντων Ἰουδαίων τινάς· ὧν τινες νυκτὸς ἐξελθόντες

1 post Δημήτριον A repetit illud (p. 379 v. 16) καὶ ἤνυσε ῥᾳδίως τὸ σπουδαζόμενον. 9 ἀναρπασθεὶς A. 10 μέντοι] μήν τι F. Haasius. 17 τῆς τε συγγενείας καὶ τῆς συμμαχίας A. 22 νυκτὸς om A.

Fontes. *Cap.* 24. *Iosephi Ant.* 13 4 § 9 — 6 § 6.

ret, Antiochenis persuadet ut Demetrium recipiant; et Alexandrum, Syriam cum ingenti exercitu invadentem et Antiochenum agrum urentem, Demetrio socio cui iam filiam desponderat, praelio commisso profligat. Alexander itaque victus in Arabiam confugit: Ptolemaeus, equo elephanti barritu perterrito excussus et ab hostibus circumdatus multa in capite vulnera accepit, et a satellitibus aegre ereptus quattuor dies sensu et sermone destitutus iacuit. quinto die nonnihil recreatus, et capite Alexandri accepto ab Arabiae dynasta misso, interitu inimici delectatus ipse quoque paulo post obiit.

24. Demetrius Nicanor Asia potitus cum post Alexandrum annos quinque regnasset, milites Ptolemaei corrumpere coepit, et societatis et affinitatis immemor. qui cum elusa illius calliditate Alexandriam redirent, elephantis ipse potitus est. Ionatha vero arcem Hierosolymitanam, in qua Macedonum et Iudaeorum desertorum praesidium erat, oppugnante,

τῷ Δημητρίῳ τὴν πολιορκίαν ἀπήγγειλαν. καὶ ὃς ἧκε σὺν δυνάμει πρὸς Ἰωνάθην, καὶ ἐν Πτολεμαΐδι γενόμενος γράφει αὐτῷ πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι. ὁ δὲ τὴν πολιορκίαν οὐκ ἔπαυσε, τοὺς ἱερεῖς δὲ καὶ τοὺς τοῦ λαοῦ πρεσβυτέρους παραλαβὼν καὶ χρήματα πολλὰ κομίζων ἧκε πρὸς τὸν Δημήτριον. καὶ τούτοις αὐτὸν θεραπεύσας ἐτιμήθη παρ' αὐτοῦ καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐβεβαιώσατο.

Ὡς δὲ μή τινος ἐπικειμένου πολέμου τὸν μισθὸν τῶν στρα- D τιωτῶν ἠλάττωσεν ὁ Δημήτριος, κἀντεῦθεν ἦν αὐτοῖς μισητός, γνοὺς τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος Ἀλεξάνδρου τις στρατηγὸς Τρύφων ἐπικληθείς, πρὸς Μάλχον τὸν Ἄραβα παραγίνεται, καὶ τὸν παῖδα τοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀντίοχον τρεφόμενον παρ' αὐτῷ ἐζήτει, λέγων ἀποκαταστήσειν αὐτῷ τὴν πατρῴαν ἀρχήν· καὶ ὃς δίδωσι. Δημήτριος δὲ πρὸς Ἰωνάθην στείλας συμμαχίαν ἐζήτει, πολλὰς αὐτῷ ἐπαγγελλόμενος χάριτας. πέμπει τοίνυν αὐτῷ τρισχιλίους, δι' ὧν ἐπαναστάντας αὐτῷ τοὺς Ἀντιοχεῖς δι' ἀπέχθειαν, ἣν ἔτρεφον ὅτι κακῶς ἔπασχον ὑπ' αὐτοῦ, ἐτρέψατο, καὶ τὴν πόλιν ἐνέπρησε καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἔκτεινε, μέχρις ἐβιάσθησαν ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα καὶ ἑαυτοὺς αὐτῷ παραδοῦναι. ἡ μὲν οὖν στάσις οὕτως P I 213 ἐπαύθη, ὁ δὲ τοὺς Ἰουδαίους ἀνέπεμψε πρὸς Ἰωνάθην, αὐτοῖς μὲν δωρησάμενος, ἐκείνῳ δὲ χάριτας ὁμολογῶν. ὕστερον δὲ καὶ τὰς ὑποσχέσεις ἐψεύσατο, καὶ πόλεμον ἠπείλησεν αὐτῷ. καὶ W I 152 ἤγαγεν ἂν εἰς ἔργον τὰς ἀπειλάς, εἰ μὴ Τρύφων ἐκ τῆς Ἀρα-

10 γνοὺς δὲ τὸ A. 11 alterum τὸν AW, om P. 14 Ἰωνάθην AW, Ἰωνάθαν P, hic et infra.

quidam noctu elapsi Demetrio obsidionem nuntiarunt. is cum exercitu Ptolemaidem profectus Ionatham per litteras ad se arcessit. ille vero non omissa obsidione, sacerdotibus et populi senioribus assumptis illataque magna pecunia Demetrium placat; a quo honos ei habitus est et pontificia dignitas confirmata.

Cum vero Demetrium rebus pacatis nullum bellum timentem ob imminuta stipendia militum odia suscepisse quidam ex Alexandri ducibus Tryphon cognovisset, a Malcho Arabe Alexandri filium Antiochum, qui ibi educabatur, aufert, quod ei paternum imperium se velle restituere diceret. Demetrius autem Ionathae societate multis pollicitationibus impetrata, ac tribus milibus militum ab eo acceptis, Antiochenos, qui ob acceptas iniurias succensentes seditionem moverant, in fugam vertit, urbem incendit, multos occidit; donec arma ponere et se illius fidei permittere sunt coacti. seditione hoc modo compressa Iudaeos donis affectos Hierosolyma remisit, Ionathae gratias egit. sed post adeo promissis non stetit ut et bellum ei minatus fuerit; idque re ipsa intulisset,

βίας εἰς τὴν Συρίαν ἐπανελθὼν τῷ Ἀντιόχῳ μειρακίῳ τότε τυγχάνοντι διάδημα περιέθετο, καὶ πόλεμον πρὸς τὸν Δημήτριον συνεκρότησε, προσχωρησάντων αὐτῷ τῶν στρατιωτῶν ὅσοι διὰ τὴν μείωσιν τοῦ μισθώματος καταλελοίπασι τὸν Δημήτριον. B ἐπικρατέστερος οὖν ὁ Τρύφων ἐν τῇ μάχῃ γενόμενος καὶ τὴν Ἀντιόχειαν λαμβάνει καὶ τοὺς ἐλέφαντας. ὁ δὲ Δημήτριος εἰς Κιλικίαν ἀπῆλθε, καὶ ὁ παῖς Ἀντίοχος εἰς συμμαχίαν τὸν Ἰωνάθην μετεκαλέσατο. ὁ δὲ φίλος εἶναι καὶ σύμμαχος ὡμολόγει, καὶ πολεμήσειν τῷ Δημητρίῳ κατέθετο, καὶ ὥρμησε πρὸς ἔργον εὐθύς. καὶ πρῶτον πόλεις πολλὰς προσχωρῆσαι τῷ Ἀντιόχῳ πεποίηκεν ἀποστάσας τοῦ Δημητρίου, εἶτα τὸν ἀδελφὸν Σίμωνα ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καταλιπὼν κατὰ τῶν τοῦ Δημητρίου ἐχώρησε στρατηγῶν. καὶ ὁ Σίμων Βέσδυρα ἐπολιόρκει τῆς Ἰουδαίας χωρίον ὑπὸ τῶν τοῦ Δημητρίου κατεχόμενον, οἳ τῇ πολιορκίᾳ C στενοχωρηθέντες, πίστεις λαβόντες ἐξέλιπον τὸ χωρίον· καὶ φρουρὰν ἰδίαν ὁ Σίμων κατέστησεν ἐν αὐτῷ. Ἰωνάθης δὲ τοῖς στρατηγοῖς συμμίξας τοῦ Δημητρίου εἰς φυγήν τε αὐτοὺς τρέπεται καὶ περὶ δισχιλίους ἀνελὼν ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ εἰς Ῥώμην πρεσβείαν ἐποιήσατο, τὴν προτέραν φιλίαν ἣν πρὸς τὸ ἔθνος εἶχον ἀνανεώσασθαι. οἱ δὲ τῆς βουλῆς τὰ πρότερον ἐψηφισμένα καὶ αὖθις ἐκύρωσαν. ἐπανερχόμενοι δὲ οἱ πρέσβεις καὶ εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκοντο, καὶ τοῦτο ἐντεταλμένον ἔχοντες παρὰ τοῦ Ἰωνάθου. καὶ οἱ Σπαρτιᾶται δὲ τοὺς πρεσβευτὰς φιλοφρόνως προσήκαντο, καὶ ψήφισμα περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας πρὸς Ἰουδαίους ἔθεντο.

11 τὸν AW, om P. 13 βέσουγα A, Βεθσούραν Iosephus. 16 ἰωνάθης AW, Ἰωνάθας P. 20 πρότερα A. 22 ἰωνάθη A. 23 φιλοφρόνως τοὺς πρεσβευτὰς A.

nisi Tryphon ex Arabia in Syriam reversus Antiochum tum adolescentulum diademate ornasset ac Demetrio bellum intulisset, acceptis iis militibus qui ob stipendiorum imminutionem illum reliquerant. is Tryphon praelio victor cum Antiochiam et elephantos cepisset, Demetrius in Ciliciam abit. Ionathas vero ab Antiocho puero ad belli societatem arcessitus, ei se et socium et amicum fore et Demetrio bellum illaturum pollicetur. et rem statim aggressus effecit ut multae urbes Syriacae a Demetrio ad illum deficerent. deinde Simone fratre in Iudaea relicto contra Demetrii duces est profectus. Simon quoque Besura Iudaeae oppidum, in quo Demetrii praesidium erat, in eas angustias obsidione compulit ut fide accepta milites discederent, et suum illi praesidium imposuit. Ionathas vero, Demetrii ducibus profligatis et ad duo milia hostium caesis, Hierosolyma reversus legatos Romam misit ad pristinam amicitiam renovandam. qui prioribus decretis a senatu confirmatis in reditu Spartam venerunt (nam id quoque mandarat Ionathas) et a Spartanis amanter excepti sunt, Iudaeis amicitia et societate promissa.

τοῦ Δημητρίου μέντοι οἱ στρατηγοὶ τὴν ἧτταν ἀναμαχέσασθαι D σπεύδοντες μετὰ δυνάμεως πλείονος ἦλθον κατὰ τοῦ Ἰωνάθου. ὁ δὲ αὐτοῖς ὀξέως ἀπήντησεν. ἀποδειλιάσαντες δὲ πρὸς φανερὰν μάχην ἀντικαταστῆναι αὐτῷ, νυκτὸς ἔφυγον. μεθ' ἡμέραν δὲ γνοὺς τὴν φυγὴν Ἰωνάθης, ἐπεδίωξε μέν, οὐ κατέλαβε δέ· ἀλλ' εἰς Ἀραβίαν ἐλθὼν καὶ τοῖς Ναβατηνοῖς ἐπελθὼν καὶ λείαν ἐκεῖθεν ἀπελάσας πολλὴν καὶ αἰχμαλώτους λαβὼν ἐπανῆλθε. συναγαγὼν δὲ τὸν λαὸν συνεβούλευε τὰ τείχη τῶν Ἱεροσολύμων ἀνακαινίσαι καὶ ἀνορθῶσαι ὅσον τοῦ περιβόλου τοῦ ἱεροῦ καθῄρητο. καὶ ἀρεσάσης πᾶσι τῆς συμβουλῆς, αὐτὸς μὲν ἔργου εἴχετο, τὸν δὲ ἀδελφὸν Σίμωνα ἔπεμψε τὴν χώραν ἀσφαλισόμενον.

Ὁ δέ γε Δημήτριος εἰς Μεσοποταμίαν ἧκεν ὡς τὴν Βαβυλῶνα καὶ τὰς ἄνω σατραπείας παραληψόμενος. οἱ γὰρ ταύτας κατοικοῦντες Ἕλληνες καὶ Μακεδόνες παραδώσειν ἑαυτοὺς αὐτῷ P I 214 ἐπηγγέλλοντο καὶ συγκαταπολεμήσειν Ἀρσάκην τὸν Πάρθων βασιλέα. καὶ ἐδέξαντο τοίνυν αὐτόν. καὶ τῷ Ἀρσάκῃ συμβαλὼν τὴν ἅπασαν ἀπέβαλε στρατιὰν καὶ αὐτὸς ἐλήφθη. Τρύφων δὲ γνοὺς τοιαῦτα τὰ περὶ τὸν Δημήτριον, ἐπεβούλευεν Ἀντιόχῳ, ἀποκτεῖναι αὐτὸν μελετῶν καὶ τὴν ἀρχὴν σφετερίσασθαι. ἐδεδοίκει μέντοι τὸν Ἰωνάθην, ὄντα φίλον τῷ Ἀντιόχῳ. καὶ ἔσπευδεν αὐτὸν πρῶτον ἀπάτῃ ἑλεῖν, καὶ οὕτως ἐπιχειρῆσαι τοῖς κατὰ τὸν Ἀντίοχον. διὸ καὶ εἰς Σκυθόπολιν ἄπεισιν, ἔνθα καὶ Ἰωνάθης

3 ante αὐτοῖς PW add αὖθις, om A Iosephus. 7 καὶ om A. 11 εἴχετο A, ἔχετο PW. 19 ταῦτα A. 22 ἑλεῖν, καὶ] ἑλὼν A. 23 ἰωνάθης AW, Ἰωνάθα P.

Demetrii duces acceptam cladem resarcire cupientes maiores copias contra Ionatham eduxerunt: qui cum repente eis occurrisset, non ausi aperto Marte cum eo congredi noctu fugerunt. quos cum fuga cognita interdiu persequens non adeptus esset, ex Arabia Nabataeorum magna praeda et multis captivis abductis recedit, ac populo convocato suadet ut urbis moenia renovent et ruinas murorum templi restituant. eo consilio omnibus probato ipse ei operi intentus Simonem fratrem ablegat ut regionem in tuto collocet.

Demetrius in Mesopotamiam profectus ut Babylonem et superiores satrapias acciperet, ab incolis Graecis et Macedonibus deditionem et operam ad debellandum Arsacem Parthorum regem pollicentibus susceptus, praelio cum Parthis commisso, omnibus copiis amissis ipse capitur. eo Demetrii casu cognito Tryphon cupiditate regni occupandi vitae Antiochi insidiatur. sed quia Ionathae amicitiam cum rege formidabat, eo prius per dolum capto, tum demum invadere Antiochum in animo habebat. itaque Scythopolin abit, ubi Ionatham cum quadraginta belli-

αὐτῷ σὺν τέσσαρσι μυριάσι μαχίμων ἀπήντησεν. ὁ δὲ ὑπούλως
B αὐτὸν ὑπέρχεται, δώροις τε καὶ τιμαῖς δεξιούμενος, πᾶσαν θέλων ὑπόνοιαν ἐξελεῖν, ἵν' αὐτὸν ἀφύλακτον λήψοιτο. καὶ συνεβούλευε τὴν μὲν στρατιὰν ἀπολῦσαι, αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγων εἰς Πτολεμαΐδα συναφικέσθαι αὐτῷ, τὴν πόλιν παραληψόμενος καὶ
W I 153 πάντα τὰ ἐκεῖ ὀχυρώματα. καὶ Ἰωνάθης μηδὲν ὑποτοπήσας τὸ στράτευμα ἔστρεψε, χιλίους δ' ἔχων μόνους ἀπῄει. εἰς δὲ Πτολεμαΐδα κατακλεισθεὶς αὐτὸς μὲν ζωγρεῖται, οἱ δὲ σὺν αὐτῷ διαφθείρονται. ἅπερ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις μαθόντες εἰς δέος ἐνέπεσον διὰ τὰ πέριξ ἔθνη, ἃ γνόντα τὴν Ἰωνάθου σύλληψιν κατὰ τῶν Ἰουδαίων κεκίνηντο. Σίμων δὲ τῷ πλήθει ὡμιληκὼς καὶ παραθαρρύνας αὐτὸ ἡγεμὼν ὑπ' αὐτοῦ αἱρεῖται, καὶ συναθροίσας
C τὸ μάχιμον τοῦ λαοῦ, τῶν τειχῶν ἐπεμελεῖτο τῆς πόλεως, καὶ παντὸς τοῦ πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πραγμάτων ἐφρόντιζεν. ὁ μέντοι Τρύφων εἰς Ἰουδαίαν ἀφίκετο, καὶ τὸν Ἰωνάθην δέσμιον ἄγων. καὶ ὁ Σίμων αὐτῷ σὺν δυνάμει ἀπήντησεν· ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε δηλῶν ἑκατὸν ἀργυρίου τάλαντα δοῦναι καὶ δύο τῶν Ἰωνάθου παίδων ὁμήρους, εἰ βούλεται λυθῆναι τὸν ἀδελφόν. ὁ Σίμων δὲ συνῆκε μὲν τὴν κακουργίαν τοῦ Τρύφωνος, ἵνα δὲ μὴ αἰτίαν σχοίη ὡς μὴ θέλων σῶσαι τὸν ἀδελφόν, καὶ τὰ χρήματα ἔπεμψε καὶ τοὺς παῖδας. ἃ λαβὼν ὁ Τρύφων οὐκ ἐτήρησε τὰς συνθήκας, ἀλλὰ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἀνῄει πρὸς τὰ Ἱεροσό-
D λυμα. παρωμάρτει δὲ καὶ ὁ Σίμων, ἀεὶ ἐναντίον καταστρατο-

4 ὀλίγων A, ὀλίγου PW. 6 ἰωνάθης AW, Ἰωνάθας P. 11 κεκίνητο A. 16 ὁ prius om A. 21 ὁ om A. ἐτήρησε A Iosephus, ἐφύλαξε PW.

cosorum milibus obviam egressum fraude circumvenit, muneribus et honoribus conciliatum, ut omni suspicione adempta incautum opprimeret. suadet igitur ut exercitum missum faciat seque cum paucis Ptolemaidem comitetur ad urbem et omnia circumiacentia castella accipienda. Ionathas nihil mali suspicatus exercitum dimittit, ac mile dumtaxat viris retentis Ptolemaide conclusus capitur: comites eius occiduntur. quae Hierosolymis nuntiata populo terrorem incusserunt ob gentes finitimas Ionatha capto contra Iudaeos tumultuantes. sed Simon oratione habita populum confirmat; ab eoque dux electus, militiae idoneis convocatis, moenibus urbis et omnibus quae ad securitatem pertinerent curatis, Tryphoni Ionatham captivum in Iudaeam adducenti cum exercitu occurrit; eique centum argenti talenta et duos Ionathae filios obsides postulanti si fratrem solvi vellet, etsi hominis improbitatem intelligebat, tamen, ne sibi fratris salus neglecta crimini daretur, et pecuniam et pueros misit. quibus acceptis Tryphon pactis non stetit, sed cum exercitu Hierosolyma contendit, subsequente Simone et ex

πεδευόμενος. χιὼν δὲ πολλὴ πεσοῦσα διεκώλυσεν αὐτῷ τὴν εἰς Ἱεροσόλυμα ἄφιξιν· καὶ εἰς Συρίαν ἐτράπετο, καὶ ἀπιὼν τὸν Ἰωνάθην ἀπέκτεινε.

Σίμων δέ, θανόντος τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωνάθου μετὰ τετραετίαν τῆς ἀρχιερωσύνης, αὐτὸς ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ πλήθους προὐβέβλητο, καὶ οὐκέτι φόρους τοῖς Μακεδόσι παρέσχετο. εὐτύχησε δὲ τὸ ἔθνος ἐπ' αὐτοῦ σφόδρα, καὶ τῶν τε περιοίκων ἐθνῶν ἐκυρίευσαν, καὶ πολλὰς τῶν πόλεων κατεστρέψαντο, ἵνα μὴ εἶεν τοῖς ἐχθροῖς ὁρμητήρια. καὶ τὸ ὄρος ἐφ' οὗ ἡ ἀκρόπολις ᾠκοδόμητο, λίαν ὂν ὑψηλόν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἐνδελεχῶς πονοῦντες P I 215
εἰς πεδιάδα μετήνεγκαν, ὡς ἂν εἴη τὸ ἱερὸν ὑπερκείμενον.

LIBER QUINTUS.

1. Ὁ δέ γε Τρύφων τὸν Ἀντίοχον, ὃς καὶ θεὸς ἐπεκλήθη, τέσσαρα βασιλεύσαντα ἔτη διέφθειρεν, ἐπιτροπεύων αὐτοῦ. καὶ τὸν μὲν ὡς ἀποθάνοι διήγγελλε, τοῖς δὲ στρατιώταις ἐπηγγέλλετο χρήματα εἰ αὐτὸν βασιλεύσουσιν. οἳ κερδῆσαι πολλὰ ἠλπικότες εἵλοντο αὐτὸν ἄρχοντα. λαβὼν δὲ τὴν βασιλείαν ὁ Τρύφων ἀπεδύσατο τὴν ὑπόκρισιν· καὶ μισῆσαν αὐτὸν τὸ στρατιωτικὸν πρὸς Κλεοπάτραν ἀφίστατο τὴν τοῦ Δημητρίου γυναῖκα, ἐγκεκλεισμένην ἐν Σελευκείᾳ τυγχάνουσαν. ἁλωμένου δὲ Ἀντιόχου, ὃς

1 διεκώλυεν A. 4 τετραετίαν A, τριετίαν PW. 19 ἀλωμένου W.

Fontes. *Cap.* 1. *Iosephi Ant.* 13 7 et 8.

adverso castra locante. verum copia nivis impeditus in Syriam converso itinere Ionatham interfecit.

Fratre post quartum annum pontificatus mortuo Simon populi suffragiis pontifex declaratus Macedonibus tributa pensitare destitit. ac Iudaica gens sub eius principatu perquam fortunata fuit, et finitimis populis dominata multas urbes evertit ne hostium receptacula essent: montem altissimum, in quo arx aedificata fuerat, continenti triennii labore in planitiem redegit, ut templum emineret.

1. Tryphon autem Antiochum cognomento deum, cuius tutor erat, quarto regni anno interfecit, et eum esse mortuum vulgabat; et militibus pecuniam pollicebatur si se regem creassent. qui spe magni lucri impulsi voluntati eius satisfecerunt. sed Tryphon voti compos factus simulatione detecta militum animos a se alienavit, ut eo deserto ad Cleopatram Demetrii uxorem Seleuciae inclusam irent. quae Antio-

ἐκαλεῖτο σωτήρ, Δημητρίου δὲ ἦν ἀδελφός, καὶ ἐκκλειομένου
B πάντοθεν διὰ Τρύφωνα, πέμπει πρὸς αὐτὸν ἡ Κλεοπάτρα, καλοῦσα ἐπὶ γάμῳ καὶ βασιλείᾳ· ἐδεδίει γὰρ μὴ τὴν πόλιν οἱ Σελευκεῖς τῷ Τρύφωνι δώσουσι. γενόμενος οὖν ἐν τῇ Σελευκείᾳ ὁ Ἀντίοχος κατὰ τοῦ Τρύφωνος ὥρμησε, καὶ νικήσας αὐτὸν τῆς ἄνω Συρίας ἐξέβαλε, καὶ εἴς τι φρούριον καταφυγόντα ἐπολιόρκει, καὶ τὸν ἀρχιερέα Σίμωνα εἰς φιλίαν προεκαλεῖτο. ὁ δὲ ἐδέξατο τὴν πρόκλησιν, καὶ τοῖς πολιορκοῦσι τὸν Τρύφωνα τροφὰς ἐχορήγησε. φυγὼν δ' ἐκεῖθεν ὁ Τρύφων καὶ γενόμενος εἰς Ἀπάμειαν, πολιορκηθεὶς ἐλήφθη καὶ διεφθάρη, ἐπ' ἔτεσι βασιλεύσας τρισίν.

Ὁ Ἀντίοχος δὲ λήθην τῶν ὑπὸ Σίμωνος αὐτῷ γενομένων
C ποιησάμενος, στέλλει Κενδεβαῖον, τὴν Ἰουδαίαν πορθῆσαι καὶ τὸν Σίμωνα κατασχεῖν ἐντειλάμενος. Σίμων δὲ αὐτῷ ἀντικαταστὰς νικᾷ. καὶ εἰρηνικῶς τὸ λοιπὸν διήγαγε τῆς ζωῆς, ἄρξας τῆς Ἰουδαίας ἔτη ὀκτώ. τελευτᾷ δὲ παρὰ Πτολεμαίου τοῦ γαμβροῦ ἐπιβουλευθείς. καὶ ἡ γυνὴ τοῦ Σίμωνος καὶ οἱ δύο παῖδες
W I 154 συλληφθέντες ἐδέθησαν, ὁ δὲ τρίτος Ἰωάννης διέφυγεν (ὃς καὶ Ὑρκανὸς ἐκαλεῖτο) καὶ προσεδέχθη παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν διὰ τὰς τοῦ πατρὸς εὐεργεσίας, ἀπωσαμένων ἐλθόντα τὸν Πτολεμαῖον.

Ἀπολαβὼν δὲ τὴν πάτριον ἱερωσύνην ὁ Ὑρκανὸς ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον ἐστράτευσεν, εἰς ἔρυμά τι Δαγὼν λεγόμενον ὄντα.

1 ἐγκεκλεισμένου A. 6 καταφυγόντα φρούριον A. 7 προεκαλεῖτο AW, προσεκαλεῖτο P. 14 τὸν om A. 15 διῆγε A: Iosephus διήγαγε.

chum Soterem Demetrii fratrem, oberrantem et causa Tryphonis undique exclusum, spe nuptiarum et regni ad se arcessivit, verita ne Seleuciani urbem Tryphoni traderent. qui cum Seleuciam venisset contra Tryphonem proficiscitur, eumque victum et Syria superiore eiectum in castello quodam quo confugerat obsidet, Simone pontifice ad amicitiam suam invitato: quam ille amplexus cibaria militibus suppeditat. sed Tryphon cum inde Apameam profugisset, urbe expugnata captus occiditur, cum triennium regnasset.

Herodes cum generoso esset animo, magistratu in virtutis materiam converso Ezechiam latronum ducem cum magno globo Syriam finitimam praedantem comprehensum eiusque sociorum plurimos occidit. unde Syris carus etiam in Sexti Caesaris, qui cognatus magni Caesaris Syriae praeturam gerebat, notitiam pervenit. est et Phasaelus fratrem aemulatus. quae res effecerunt ut Antipater et a gente Iudaica regio honore coleretur, et una cum filiis procerum invidiam susciperet, metuentium Herodem, quem violentum audacem atque imperii cupidum cernerent. itaque Antipatrum apud Hyrcanum accusant, et hominem contra illum et filios eius concitant: neque enim curatores esse regiarum functionum sed dominos. nam ab Herode Ezechiam cum multis occisum esse, cum legibus cautum sit ne quis quamvis improbus sine

κἂν πονηρὸς εἴη, εἰ μὴ πρότερον ὑπὸ τοῦ συνεδρίου κατακριθείη. Ὑρκανὸς δὲ τούτοις ἠρέθιστο εἰς ὀργήν. προσεξῆψαν δὲ τὴν ὀργὴν καὶ αἱ μητέρες τῶν ὑπὸ Ἡρώδου πεφονευμένων, παρακαλοῦσαι ἵνα δίκας ὑπόσχῃ τῶν πεπραγμένων. κινηθεὶς οὖν ὁ
W I 162 Ὑρκανὸς Ἡρώδην ἐκάλει δικασόμενον. ὁ δὲ ἧκε μετὰ στίφους ἀποχρῶντος αὐτῷ, ὥστε μὴ γυμνὸν καὶ ἀφύλακτον ἰέναι πρὸς δίκην. ἐλθὼν δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ μετὰ τοῦ στίφους, κατέπληξεν ἅπαντας, καὶ οὐδεὶς ἐθάρρει κατηγορεῖν αὐτοῦ, ἀλλ' ἦν ἀπορία τοῦ τί χρὴ ποιεῖν. εἷς δέ τις Σαμαῖος ὀνόματι, δίκαιος ἀνὴρ
D καὶ πεποιθὼς ὡς λέων, εἶπεν "ὦ ἄνδρες, οὐκ οἶδά τινα τῶν κεκλημένων εἰς δίκην οὕτω παραστάντα, οὔτε ὑμεῖς οἶμαι, ἀλλὰ πᾶς κριθησόμενος δεδιότος παρίσταται σχήματι. ὁ δὲ βέλτιστος Ἡρώδης φόνων δίκην φεύγων ἕστηκε περὶ αὑτὸν ἔχων ὁπλίτας, εἰ κατακριθείη κατὰ τὸν νόμον, κτενοῦντας ἡμᾶς. ἀλλ' Ἡρώδην μὲν οὐ μεμψαίμην, ὑμᾶς δὲ τοσαύτην ἄδειαν παρασχόντας αὐτῷ. ἴστε τοίνυν δίκαιον τὸν θεόν, καὶ ὡς οὗτος, ὃν νῦν δι' Ὑρκανὸν ἀπολῦσαι βούλεσθε, κολάσει ὑμᾶς ποτε καὶ αὐτὸν Ὑρκανόν."
P I 227 ὅτι δὲ ταῦτα εἰς ἔργον ἐξέβη δηλώσει προϊὼν ὁ λόγος. Ὑρκανὸς δὲ εἰς ἄλλην ἡμέραν τὴν δίκην ὑπερέθετο, καὶ λάθρα ὑπέθετο τῷ Ἡρώδῃ τὴν πόλιν ὑπεξελθεῖν. καὶ ὁ μὲν ἀπῄει, οἱ δὲ τοῦ συνεδρίου ἠγανάκτουν. Σέξτου δὲ τὴν στρατηγίαν τῆς Κοίλης Συρίας χρημάτων τῷ Ἡρώδῃ ἀποδομένου, οὐ πολὺ τὰ ἐν μέσῳ παρῆλθε, καὶ ἧκεν Ἡρώδης σὺν στρατιᾷ, ὀργιζόμενος κατὰ

1 κατακριθείη A Iosephus, κατακριθῇ PW. 9 Σαμέας Iosephus: infra p. 419 v. 15 Σαμαίας.

concilii sententia condemnetur. Hyrcanus cum his verbis tum matrum interfectorum querelis illum ad supplicium flagitantium ira commotus Herodem ad causam dicendam arcessit. is vero cum iusta cohorte venit ne nudus et incustoditus in ius iret, et sic praetorium ingressus ita omnes terruit ut nemine accusare auso omnes ambigerent quid agendum esset. unus tamen nomine Samaeus, vir iustus et leonina praeditus fiducia, dixit "equidem, viri, non memini quemquam in ius vocatum sic adstitisse: nec vos, opinor. omnes enim rei habitum metuentium prae se ferre solent. at Herodes ob caedes perpetratas in iudicium vocatus armatos secum adduxit, qui nos, si ex lege damnatus fuerit, occidant. ego tamen non illum reprehenderim sed vos, qui tantam ei licentiam dederitis. scitote igitur iustum esse deum, et quem vos nunc in Hyrcani gratiam absolvetis, ei et vos et ipsum Hyrcanum olim poenas daturos." hanc orationem ipso eventu esse comprobatam in progressu historiae apparebit. Hyrcanus vero iudicio in alium diem reiecto Herodem monuit ut urbe excederet: quo abeunte concilium indignabatur. sed Herodes, redempta a Sexto Syriae praetura, non multo post cum

Ὑρκανοῦ ὅτι ὅλως εἰς δίκην ἐκλήθη. ἐκώλυσαν δὲ αὐτὸν τοῖς Ἱεροσολύμοις προσβαλεῖν ὁ πατὴρ καὶ ὁ ἀδελφός.

8. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐν τούτοις ἦν, τὰ δὲ κατὰ τὴν Συρίαν τετάρακτο ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Βάσσος Κικίλιος, εἷς τῶν τὰ Πομπηΐου φρονούντων, κτείνει μὲν Σέξτον Καίσαρα B δι᾽ ἐπιβουλῆς, αὐτὸς δὲ τῶν πραγμάτων ἐκράτει. τῶν δὲ Καίσαρος Ἰουλίου στρατηγῶν κατὰ Βάσσου ὡρμηκότων, ὁ Ἀντίπατρος αὐτοῖς διὰ τῶν υἱῶν συνεμάχησε, μεμνημένος ὧν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος εὐηργέτητο. τριβομένου δὲ τοῦ καιροῦ ἐν τῷ πολέμῳ, Μάρκος ἦλθεν ἐκ Ῥώμης εἰς τὴν τοῦ Σέξτου ἀρχήν. ὁ δέ γε Καῖσαρ ὑπὸ τῶν περὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἐν Ῥώμῃ κτείνεται. πολέμου δὲ συνερρωγότος ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ Καίσαρος, καὶ τῶν ἐν τέλει ἐπὶ στρατιᾶς συλλογὴν ἄλλων ἀλλαχῇ διεσπαρμένων, Κάσσιος ἀφικνεῖται εἰς Συρίαν, καὶ περιιὼν ταύτην ὅπλα καὶ στρατιώτας συνήθροιζε, καὶ ἐφορολόγει βαρύτατα, C καὶ ἐξ Ἰουδαίας ἑπτακόσια τάλαντα ἀργυρίου ἐπράξατο, ὧν τὴν εἴσπραξιν ὁ Ἀντίπατρος τοῖς υἱοῖς ἀμφοῖν κατεμέρισεν. ὁ οὖν Ἡρώδης πρῶτος ὅσα ἦν αὐτῷ προστεταγμένον Κασσίῳ προσενεγκών, φίλος ἦν αὐτῷ ἐς τὰ μάλιστα. ἀνῃρέθη δ᾽ ἂν ὑπὸ Κασσίου ὁ Μάλιχος, εἰ μὴ ὁ Ὑρκανὸς ἐπέσχεν αὐτῷ τὴν ὁρμήν, ἑκατὸν ταλάντοις δεξιωσάμενος δι᾽ Ἀντιπάτρου αὐτόν. ἤδη δὲ

1 δίκην] κρίσιν A. 4 τὴν om A. κικίλλιος A, Κεκίλιος Iosephus. 8 διὰ] μετὰ Iosephus. 10 τοῦ add A Iosephus. 11 κάσιον et 14 κάσιος A, in sq. σσ.

Fontes. *Cap.* 8. *Iosephi Ant.* 14 11.

exercitu venit Hyrcano iratus quod omnino in ius vocatus esset, et Hierosolyma oppugnaturus ni pater et frater eius impetum repressissent.

8. Hoc Iudaeae statu Syria turbata est tali de causa. Bassus Caecilius, Pompeianae factionis, Sexto Caesare per insidias occiso rerum potiebatur: quem cum Iulii Caesaris duces persequerentur, Antipater Caesariani beneficii memor opem eis per filios tulit. dum autem eo bello tempus teritur, Marcus ad Sexti praeturam suscipiendam Roma venit, ubi Caesar interea per Brutum et Cassium occiditur. ob cuius necem bello exorto, et proceribus ad colligendos exercitus aliis alio dispersis, Cassius in Syriam venit ad arma et milites comparandos, maxima tributa et e sola Iudaea 700 talenta postulans; quorum exactionem Antipater utrique filio seorsim mandavit. et Herodes cum prior quantum iussus fuerat Cassio obtulisset, in amicitiam eius est receptus. Malichus vero a Cassio fuisset occisus, nisi Hyrcanus eius iram intercessore Antipatro centum talentis placasset. verum Cassio iam ex

Κασσίου μεταστάντος τῆς Ἰουδαίας Ἀντιπάτρῳ Μάλιχος ἐπεβούλευεν, ὡς εἰ οὗτος φθαρείη, ἀσφαλείας ἐσομένης τῷ Ὑρκανῷ περὶ τὴν ἀρχήν. ταῦτα δ' οὐκ ἔλαθε τὸν Ἀντίπατρον, ἀλλ' ἠσφαλίζετο ἑαυτόν· καὶ ὁ Μάλιχος ἠρνεῖτο μεθ' ὅρκων. Μάρκος D δ' ἐν τῇ Συρίᾳ στρατηγῶν μικροῦ ἀνεῖλεν ἂν τὸν Μάλιχον, εἰ μὴ Ἀντίπατρος παρακαλέσας αὐτὸν περιέσωσε. Κάσσιός γε μὴν καὶ Μάρκος ἀθροίσαντες στρατιάν, τῷ Ἡρώδῃ τὴν ἐπιμέλειαν ἐνεχείρισαν, στρατηγὸν αὐτὸν Κοίλης Συρίας ποιήσαντες, ὑποσχόμενοι καὶ βασιλέα τῆς Ἰουδαίας ἀναδείξειν μετὰ τὸν πόλεμον ὃς τότε πρὸς Ἀντώνιον καὶ τὸν νέον Καίσαρα συγκεκρότητο. ὅτε καὶ Μάλιχος τὸν Ὑρκανοῦ οἰνοχόον χρήμασιν ὑπελθών, φαρμάκῳ κτείνει Ἀντίπατρον· παρὰ γὰρ Ὑρκανῷ εἱστιῶντο ἑκάτεροι. γνόντων δὲ τὴν ἐπιβουλὴν τῶν Ἀντιπάτρου υἱῶν, ὁ Μάλιχος ἔξαρνος ἦν. τῷ μὲν οὖν Ἡρώδῃ εὐθὺς ἐδόκει τὸν φόνον τοῦ πατρὸς ἐκδικεῖν, ὁ δέ γε Φασάηλος δόλῳ μᾶλλον P I 228 W I 163 ἤθελε τὸν Μάλιχον μετελθεῖν, ἵνα μὴ ἐμφυλίου πολέμου γένωνται αἴτιοι. πιστεύειν οὖν τῇ ἀρνήσει τοῦ Μαλίχου ὑπεκρίνοντο. ἐνστάσης δὲ ἑορτῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἧκεν Ἡρώδης μετὰ στρατιᾶς εἰς τὴν πόλιν· Ὑρκανὸς δὲ Μαλίχῳ πεισθεὶς ἐκώλυεν αὐτῷ τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον, προφάσει τοῦ μὴ δεῖν ὄχλον ἀλλοδαπὸν ἀναμίγνυσθαι τῷ πλήθει ἁγνεύοντι. ὁ δὲ μὴ φροντίσας τῶν λόγων εἴσεισι νυκτὸς εἰς τὴν πόλιν. Μάλιχος δ' ἔτι τῆς ὑποκρίσεως εἴχετο, δακρύων τὸν Ἀντίπατρον καὶ ὡς φίλον

3 ἔλαθε A Iosephus, ἐλάνθανε PW. 8 post αὐτὸν A add τῆς, om Iosephus. 18 δὲ add A. 20 εἴσοδον] εἰσέλευσιν A.

Iudaea digresso Malichus Antipatro insidias struit, quod eo sublato Hyrcani principatus in tuto collocandus esset. quod cum Antipatrum haud lateret, quamvis ille eiuraret facinus, se contra illum muniebat. Marcus etiam Syriae praetor parum abfuit quin Malichum tolleret, ni is quoque salutem eius precibus Antipatri condonasset. Cassius porro et Marcus, exercituum quos coegerant cura Herodi mandata, promiserunt se confecto bello, quod tum adversus Antonium et Caesarem iuniorem parabatur, eum Iudaeae regem creaturos. eodem tempore Malichus corrupto Hyrcani, apud quem uterque epulabatur, pincerna Antipatrum veneno sustulit: sed cum filii eius insidias cognovissent, infitiatus est facinus. cum autem Herodes necem patris statim ulcisci vellet, Phasaelus dolo Malichum circumvenire potius duxit, ne intestini belli causam praeberent. se igitur infitiationi Malichi fidem habere simulant. Herodem vero ad festum cum exercitu venientem Hyrcanus Malichi impulsu urbis ingressu prohibuit, per eam causam ne turba peregrina populo puritatem servanti permisceretur. at ille spretis illius verbis noctu urbem ingreditur. et Malichus simulationem adhuc urget, Anti-

ἀνακαλούμενος, κρύφα δὲ ἐποιεῖτο τοῦ σώματος φυλακήν. ἐλθόντος δὲ Κασσίου τὴν Λαοδίκειαν, ἄμφω πρὸς αὐτὸν ἀπῄεσαν. B καὶ Ἡρώδης μὲν ἐκεῖ τῖσαι δίκας τὸν Μάλιχον ἐταμίευεν· ὁ δὲ ὑποπτεύσας τὸ πρᾶγμα, τοῦ παιδὸς αὐτῷ ὁμηρεύοντος ἐν Τύρῳ, ἐμελέτησε τοῦτον ὑποκλέψαι, καὶ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπᾶραι καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν. Ἡρώδης δὲ τὴν γνώμην τοῦ Μαλίχου ὑπονοήσας, προεισπέμψας εἰς Τύρον λάθρα πείθει τοὺς χιλιάρχους πρὸς Μάλιχον ἐξελθεῖν καὶ διαφθεῖραι αὐτόν. ἤδη γὰρ αὐτοῖς παρὰ Κασσίου προώριστο συμπράττειν Ἡρώδῃ ἐπὶ δικαίᾳ πράξει. οἳ δὲ πλησίον τῆς πόλεως αὐτῷ ὑπαντήσαντες κατακεντοῦσιν αὐτόν. Ὑρκανὸς δὲ ὑπὸ φόβου ἄφωνος ἦν. ἀνενεγκὼν C δὲ ἠρώτα ὅπως ἀνῄρηται Μάλιχος· καὶ ἀκούσας ὅτι Κασσίου προστάξαντος, ἐπῄνεσε τὴν πρᾶξιν, πονηρὸν εἰπὼν εἶναι καὶ τῆς πατρίδος ἐπίβουλον.

9. Κασσίου δὲ ἐκ Συρίας ἀπάραντος πρὸς Ἀντώνιον, ὁ Ἡρώδης ἐν διαφόροις ἠρίστευσε, καὶ τῷ Ἀριστοβούλου δὲ υἱῷ Ἀντιγόνῳ ἄρτι τῶν ἄκρων ἐπιβάντι τῆς Ἰουδαίων γῆς ὑπαντήσας, μάχῃ ἐνίκησε καὶ τῶν ὁρίων ταύτης ἐξέωσεν. ὅθεν ἀφικόμενον εἰς Ἱεροσόλυμα ἐστεφάνου ὅ τε δῆμος καὶ Ὑρκανός. μνηστεύεται δὲ καὶ τὴν Ὑρκανοῦ θυγατριδῆν, Ἀλεξάνδρου δὲ θυγατέρα τοῦ Ἀριστοβούλου παιδός. εἶχε δὲ πρότερον ἑτέραν γυναῖκα δημότιν, D

9 δικαίᾳ πράξει A, δικαίαν πρᾶξιν PW. 17 ἄρτι] ἄντικρυ alter codex Wolfii.

Fontes. *Cap.* 9. *Iosephi Ant.* 14 11 § 7—13 § 9.

patrum deplorando et ut amicum inclamando, sed clam custodia corpus munit. Laodicea porro capta a Cassio uterque ad eum proficiscitur. et Herodes id operam dabat ut Malichus ibi poenas lueret: ille vero id agi suspicatus, filium, qui Tyri obses erat, suffurari et in Iudaeam proficisci regnumque occupare cogitabat. sed Herodes Malichi consilio sagaci coniectura indagato, nuntio clam Tyrum misso tribunis militum persuadet ut ad illum egrediantur eumque occidant: nam a Cassio iam praescriptum habebant ut Herodi ad res iustas adiumento essent. ita Malicho ab eis prope urbem confosso Hyrcanus prae metu obmutuit: deinde cum sibi reddito id Cassii iussu factum esse responderetur, probavit caedem, illum improbum fuisse hominem et patriae insidiatorem testatus.

9. Cassio ex Syria adversus Antonium profecto Herodes variis in locis rem bene gessit, et Antigonum Aristobuli filium fines Iudaeae iam ingressum praelio victor finibus regionis expulit. unde Hierosolyma veniens et a populo et ab Hyrcano coronatur: cuius ex filia neptem, Alexandri Aristobuli filii natam, uxorem ducit, cum prius Doridem

Δωρίδα καλουμένην, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς Ἀντίπατρος γίνεται τῶν ἄλλων πρεσβύτερος.

Ἀντωνίου δὲ καὶ Καίσαρος Κάσσιον καὶ Βροῦτον περὶ Φιλίππους νενικηκότων, ὁ μὲν ἐπὶ Γαλλίας ἐχώρει, πρὸς δὲ τὴν Ἀσίαν Ἀντώνιος. γενομένῳ δ' ἐν Βιθυνίᾳ πανταχόθεν ἀπήντων πρεσβεῖαι. παρῆσαν δὲ καὶ Ἰουδαῖοι κατηγοροῦντες Φασαήλου τε καὶ Ἡρώδου. ἐλθόντα δὲ τὸν Ἡρώδην ἐπὶ ἀπολογίᾳ διὰ τιμῆς ἦγεν Ἀντώνιος, καὶ οὐδὲ λόγου ἠξίωντο οἱ κατήγοροι, χρήμασι ταῦτα τοῦ Ἡρώδου πριαμένου παρ' Ἀντωνίου. ἐλθόντι
P I 229 *δ' εἰς Ἔφεσον Ἀντωνίῳ ἔπεμψεν Ὑρκανὸς στέφανον χρυσοῦν, καὶ ἠξίου τοὺς Ἰουδαίους οὓς ἠχμαλώτισε Κάσσιος οὐ νόμῳ πολέμου, ἐλευθέρους ἀπολυθῆναι, καὶ τὴν χώραν ἀποδοθῆναι ἣν αὐτοὺς ἀφείλετο Κάσσιος. δικαίαν οὖν εἶναι κεκρικὼς τὴν ἀξίωσιν εἰς ἔργον ἐκβῆναι προσέταξε. μετὰ ταῦτα εἰς Συρίαν παραγενομένῳ τῷ Ἀντωνίῳ καὶ ὑπὸ τῶν τῆς Κλεοπάτρας ἐρώτων κεκρατημένῳ προσίασιν ἄνδρες ἑκατὸν Ἰουδαίων οἱ δυνατώτατοι, καὶ κατηγόρουν Ἡρώδου καὶ τῶν περὶ αὐτόν, παρόντος καὶ Ὑρκανοῦ. Ἀντώνιος δὲ πυνθάνεται Ὑρκανοῦ, πότεροι τοῦ ἔθνους*
B *προΐστανται ἄμεινον· καὶ ὃς τοὺς περὶ Ἡρώδην εἶπεν, ὧν αὐτοῦ κηδεστής. ὁ γοῦν Ἀντώνιος οἰκείως πρὸς αὐτοὺς ἔχων διὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτῶν ξενίαν, καὶ ἄμφω τετράρχας ὠνόμασε, καὶ τὰ Ἰουδαίων αὐτοῖς ἐπέτρεψε πράγματα· καὶ δέκα δήσας τῶν κατηγόρων, ἔκτεινεν ἂν αὐτούς, εἰ μὴ οἱ ἀδελφοὶ παρῃτήσαντο.*

1 *Δορὶν* Iosephus. 17 *αὐτόν* A, *αὐτῶν* PW. 19 *αὐτοῦ* AW, *αὐτῷ* P.

plebeiam uxorem haberet, e qua filium natu maximum Antipatrum susceperat.

Antonius et Caesar Bruto et Cassio ad Philippos victis alter in Galliam abit, Antonius in Asiam. qui cum Bithyniam attigisset, undique legationes ad eum venerunt: aderant et Iudaei Phasaelum et Herodem accusaturi. Herodem vero sui defendendi causa eo profectum et munera offerentem Antonius honorifice excepit, ne dicendi quidem potestate data accusatoribus. inde Ephesum progresso Antonio Hyrcanus auream coronam misit, petens ut Iudaeos quos Cassius contra belli morem cepisset liberaret, et agros ab eodem ademptos restitueret. cuius postulatis, qui ea aequa iudicaret, Antonius satisfieri iussit. deinde in Syriam profectum et Cleopatrae amore captum Iudaeorum centum viri potentissimi conveniunt, Herodem et Phasaelum accusantes, Hyrcano etiam praesente. qui rogante Antonio utri populo rectius praeessent, respondit Phasaelum et Herodem, ut cuius socer esset. proinde Antonius, ob paternum hospitium eis amicus, utrumque tetrarcham appellavit, Iudaeae administratione illis mandata. ac decem ex accusatoribus in vincula coniectos occidisset, nisi fratres pro eis deprecati essent.

αὖθις δὲ χίλιοι περὶ Τύρον τῷ Ἀντωνίῳ ὑπήντησαν. ὁ δὲ δώροις προκατειλημμένος, τῷ κατὰ τόπον ἄρχοντι κολάσαι τοὺς Ἰουδαίους ἐκέλευσεν, ὡς νεωτερίζοντας. ὁ δὲ Ἡρώδης ἀπιέναι W I 164
ταχὺ αὐτοῖς συνεβούλευεν, ἵνα μὴ μεγάλου πειραθῶσι κακοῦ. ὡς δ' οὐχ ὑπήκουον, ἐκδραμόντες οἱ Ῥωμαῖοι τινὰς μὲν ἀπέκτειναν, πολλοὺς δ' ἐτραυμάτισαν· καὶ οἱ λοιποὶ διαφυγόντες C
ἡσύχαζον. τοῦ δὲ δήμου καταβοῶντος Ἡρώδου, παροξυνθεὶς ὁ Ἀντώνιος τοὺς δεδεμένους ἀπέκτεινεν.

Ἀντίγονος δὲ Πακόρῳ τῷ Πάρθων βασιλεῖ ὑπισχνεῖται χίλια δώσειν τάλαντα καὶ γυναῖκας πεντακοσίας, εἰ τὴν ἀρχὴν Ὑρκανὸν ἀφέλωνται καὶ παραδῶσιν αὐτῷ, καὶ τοὺς περὶ Ἡρώδην ἀνέλοιεν. διὰ ταῦτα ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν κατάγοντες Ἀντίγονον οἱ Πάρθοι ἐστράτευσαν· οἷς πολλάκις οἱ περὶ Ἡρώδην συμμίξαντες ἐκράτουν. ὁ δὲ τῶν Πάρθων στρατηγὸς σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσιν εἰς τὴν πόλιν ἧκεν, ὡς τάχα κατευνάσων τὴν στάσιν, τὸ δ' ἀληθὲς ὡς Ἀντιγόνῳ συμπράξων. Φασαήλου δὲ ξενί- D
σαντος αὐτόν, πείθει τὸν Φασάηλον παρὰ Βαρζαφαρμάνην ἐλθεῖν πρεσβεύοντα. καὶ ᾤχοντο Ὑρκανὸς καὶ Φασάηλος πρεσβεύοντες, Ἡρώδου μὴ συναινοῦντος· ὁ δὲ στρατηγὸς προὔπεμπε σφᾶς. καὶ ὁ Βαρζαφαρμάνης τὸ μὲν πρῶτον γνησίως αὐτοὺς ὑπεδέξατο, ἔπειτα ἐπεβούλευε. καὶ οἱ περὶ Φασάηλον ἐν ὑποψίαις ἦσαν

1 τῷ ἀντωνίῳ περὶ τύρον A. 4 πειραθῶσι A, πειρασθῶσι PW. 10 εἰ] ἢν A. 11 παραδώσουσιν A Iosephus. 12 Ἀντίγονον] ἀντίπατρον A. 14 στρατηγὸς A, βασιλεὺς PW male. 17 Βαρζαφαρμάνην] qui Βαρζαφάρνης in plurimis Iosephi codicibus. 19 συναινοῦντες A. 20 αὐτοὺς A Iosephus, σφᾶς PW.

rursus mile viri circa Tyrum Antonio occurrerunt: is vero muneribus iam ante conciliatus eius loci praefecto mandavit ut Iudaeos tanquam novis rebus studentes supplicio afficeret. Herodes vero eos monuit ut abire maturarent, ne grave malum experirentur. qui cum non auscultassent, Romani impetu in eos facto quosdam occiderunt, multos vulnerarunt; maxima vero pars evitato periculo quievit. populo autem contra Herodem vociferante irritatus Antonius vinctos interfecit.

Enimvero Antigonus Pacoro Parthorum regi mile talenta et quingentas mulieres pollicitus si principatum Hyrcano ademptum sibi daret et Herodem cum suis tolleret, a Parthis in Iudaeam reductus est; quos Herodiani saepius vicerunt. sed dux Parthorum cum paucis equitibus urbem ingressus per speciem componendae seditionis, revera ut Antigono opem ferret, Phasaelo hospiti suo persuadet ut ad Barzapharmanem legatus eat. Phasaelus et Hyrcanus legati eunt, duce eos comitante, sed Herode non probante. ac principio a Barzapharmane sincere accepti, post insidiis appetiti sunt, Phasaelo suspectos habente barbaros, cum se

κατὰ τῶν βαρβάρων, ἔγνων δὲ καὶ νύκτωρ λάθρα παρ' αὐτῶν φυλασσόμενοι. μεμήνυτο δ' αὐτοῖς ὅτι καὶ συνελήφθησαν ἄν, εἰ μὴ ὑπερετίθεντο οἱ βάρβαροι μέχρις ἂν Ἡρώδης τοῖς ἐκεῖ Πάρθοις ληφθείη, μὴ τὰ περὶ αὐτῶν μαθὼν διαφύγοι. Φασαήλῳ
P I 230 μὲν οὖν τινες συνεβούλευον εὐθὺς παριππάσασθαι, Ὀφέλλιος δὲ καὶ πλοῖα πρὸς τὴν φυγὴν ὑπισχνεῖτο· ἐγγὺς γὰρ ἡ θάλασσα ἦν. ὁ δὲ Ὑρκανὸν ἀπολιπεῖν οὐκ ἐβούλετο. συλλαμβάνονται οὖν καὶ δεσμοῦνται. Ἡρώδης δὲ ταῦτα μαθών, οὓς εἶχεν ὁπλίτας παραλαβὼν νυκτός, καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν καὶ τὴν ἐγγεγυημένην αὐτῷ παῖδα τῆς Ὑρκανοῦ θυγατρὸς καὶ τὴν τῆς μνηστῆς ταύτης μητέρα τήν τε θεραπείαν πᾶσαν, τὴν ἐπὶ Ἰδουμαίαν ἀπῄει, τοὺς πολεμίους λαθών. τοῦ ζεύγους δὲ περιτραπέντος ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ κινδυνευούσης ἀποθανεῖν, μικροῦ ἑαυτὸν διεχρήσατο. ἀνακτησάμενος οὖν τὴν μητέρα, καὶ
B θεραπείας ὡς ὁ καιρὸς ἤπειγεν ἀξιώσας, ἐβάδιζε συντονώτερον πρὸς Μασάδαν τὸ ἔρυμα. ἐν τῷ μέσῳ δὲ καὶ πρὸς Πάρθους διώκοντας μαχεσάμενος καὶ πρὸς Ἰουδαίους αὖθις ἐπιθεμένους αὐτῷ, ἐνίκησε καὶ ἐκράτησε. τοῦ μέντοι πλήθους τοῦ συνεπομένου αὐτῷ πολλοῦ ὄντος, τοῦ δὲ τῆς Μασάδας φρουρίου, πρὸς ὅπερ ἠπείγοντο, οὐκ ἐξαρκοῦντος ἅπαντας ὑποδέξασθαι, τοὺς μὲν πλείους ἀπέλυσε, δοὺς σφίσιν ἐφόδια, ὅσοι δὲ ἦσαν κοῦφοι καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους ἔχων εἰς τὸ ἔρυμα παραγίνεται. καὶ ἀφεὶς αὐτόθι τάς τε γυναῖκας καὶ τὴν θεραπείαν ἀρκοῦντα τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντας, αὐτὸς ἐπὶ τὴν Πέτραν τῆς Ἀραβίας ἐξώρμησεν. ἔωθεν

9 λαβὼν A.

noctu clam custodiri animadverterent, atque etiam indicatum esset fuisse comprehendendos nisi id barbari distulissent donec Herodes a Parthis qui Hierosolymis essent caperetur, ne cognito ipsorum statu elaberetur. ac Phasaelo quidam suaserunt ut statim aufugeret: Ophellius etiam, quod mare in propinquo esset, naves ad fugam pollicebatur: sed cum is Hyrcanum deserere nollet, ambo comprehensi vinciuntur. quo Herodes cognito, militibus suis et matre et sorore et desponsa sibi Hyrcani filia eiusque matre noctu assumptis, cum omni comitatu versus Idumaeam abit, deceptis hostibus. cum autem vehiculo in itinere everso mater eius de vita periclitaretur, parum abfuit quin sibi ipse manus afferret. qua recreata et ut tempus ferebat curata ad Masadam castellum strenue pergit: interim etiam Parthos persequens et Iudaeos insidiantes superat. iam quia tanta multitudo eum comitabatur quantam Masada castellum, quo properabat, omnem capere non posset, maiori parte dato viatico dimissa cum expeditis et maxime necessariis castellum ingreditur, ibique mulieribus et ministris cum sufficienti commeatu relictis ipse ad Arabiae

δὲ τὰ μὲν ἄλλα τῶν Ἱεροσολυμιτῶν οἱ Πάρθοι διήρπαζον καὶ C αὐτὰ τὰ βασίλεια, μόνων δὲ ἀπείχοντο τῶν Ὑρκανοῦ χρημάτων, ὄντων εἰς ὀγδοήκοντα τάλαντα· καὶ τὴν χώραν δὲ ἐκάκουν οἱ Πάρθοι.

10. Ἀντίγονος μὲν οὖν οὕτω καταχθεὶς εἰς τὴν Ἰουδαίαν Ὑρκανὸν καὶ Φασάηλον δεσμώτας παραλαμβάνει. φοβούμενος δὲ τὸν Ὑρκανὸν μὴ τὸ πλῆθος αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἀποκαταστήσῃ, ἀποτέμνει αὐτοῦ τὰ ὦτα, τοῦ νόμου τοὺς ἱερᾶσθαι μέλλοντας ὁλοκλήρους εἶναι κελεύοντος. Φασάηλος δὲ γνοὺς ἑαυτὸν μέλλοντα σφάττεσθαι, ἐπεὶ τὰς χεῖρας δεδέσμητο, πέτρᾳ προσαράξας τὴν κεφαλὴν ἑαυτὸν μὲν ἐξήγαγε τοῦ βίου, τὴν δ' ἐκ τοῦ κτεῖναι αὐτὸν ἡδονὴν ἐστέρησε τὸν πολέμιον. πρὸ δέ γε τοῦ D W I 165 πάνυ ἐκλιπεῖν ἀκούσας ὡς διέδρα τοὺς πολεμίους Ἡρώδης ὁ ἀδελφός, εὐθύμως ἀπέθανε, καταλιπὼν ἐκδικητὴν καὶ τῶν ἐχθρῶν τιμωρόν. Ἡρώδης δὲ πρὸς Μάλχον τὸν Ἀράβων ἔσπευδε βασιλέα, εὐεργετηθέντα πρόσθεν ὑπ' αὐτοῦ, ὡς παρ' αὐτοῦ ληψόμενος χρήματα εἰς λύτρον τοῦ ἀδελφοῦ· οὔπω γὰρ ἦν τὰ κατ' ἐκεῖνον μαθών. ἀγγείλαντος δὲ τοῦ Μάλχου αὐτῷ διά τινων ἀναχωρεῖν, ὡς τῶν Πάρθων παραγγειλάντων μὴ δέχεσθαι αὐτόν, ἀπεκρίνατο μηδὲν ἐνοχλήσων ἥκειν, διαλεξόμενος δὲ περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπῄει ἐπ' Αἴγυ-

2 μόνον A. 11 μὲν add A Iosephus. 13 πάνυ] Iosephus τελέως. 15 τὸν A Iosephus, τῶν PW. 20 ἐνοχλήσειν ἥκειν A. 21 ταῦτα εἰπὼν] ὃς codex Ducangii.

Fontes. *Cap.* 10. *Iosephi Ant.* 14 13 § 10—15 § 10.

Petram contendit. mane Parthi cum aliis Hierosolymitarum aedibus tum ipsa regia direptis, sola Hyrcani pecunia quae ad 80 talenta erat intacta, agros quoque vastarunt.

10. Antigonus autem hoc modo in Iudaeam reductus Hyrcanum et Phasaelum captivos accipit; et quia timebat ne populus regnum Hyrcano restitueret, aures ei praecidit, cum lex sacrorum antistites integros esse iubeat. Phasaelus autem cum intellexisset se iugulatum iri, quia manus in vinculis erant, capite saxo illiso necem sibi conscivit, praerepta hosti occidendi voluptate. sed cum paulo ante quam exspiraret Herodem fratrem e manibus hostium evasisse audivisset, hilariter est mortuus, ultore et vindice relicto. Herodes autem ad Malchum Arabiae regem properabat suo beneficio devinctum, ut ab eo pecuniam ad redimendum fratrem acciperet, quem mortuum esse adhuc ignorabat. sed cum Malchus ei denuntiasset ne veniret, sibi enim interdictum esse a Parthis ne illum reciperet, respondit se non adesse ut ei molestiam pareret, sed ut de rebus maxime necessariis colloqueretur. his dictis

P I 231 πτον, καὶ ἀπιὼν τὰ κατὰ τὸν ἀδελφὸν ἤκουσε. Μάλχῳ δὲ μετεμέλησε, καὶ ἔστειλε τοὺς ἀναστρέψοντας τὸν Ἡρώδην· ὁ δὲ πορρωτάτω ἦν. καὶ εἰς Αἴγυπτον καταχθεὶς κἀκεῖθεν εἰς Ῥώμην ἀφικόμενος Ἀντωνίῳ φράζει τὰ αὐτῷ καὶ τῷ Φασαήλῳ συμβεβηκότα, καὶ ὡς Ἀντίγονος ὑπὸ Πάρθων εἰς τὴν βασιλείαν εἰσήχθη, χρημάτων ὑποσχέσει καὶ γυναικῶν, καὶ τἆλλα ὅσα ἔδρασέ τε καὶ ἔπαθεν. Ἀντώνιον δὲ οἶκτος εἰσέρχεται τῆς Ἡρώδου μεταβολῆς. καὶ Καῖσαρ δὲ διά τε ἄλλα, καὶ χαριζόμενος Ἀντωνίῳ τοῦ Ἡρώδου ὑπεραλγοῦντι, πρὸς συνεργίαν ἑτοιμότερος ἦν. παραστησά-
B μενοι οὖν τῇ βουλῇ τὸν Ἡρώδην, τάς τε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ διεξῄεσαν εὐεργεσίας, καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς Ῥωμαίους ἔλεγον εὔνοιαν· κατηγόρουν δὲ Ἀντιγόνου, καὶ πολέμιον ὠνόμαζον καὶ ἄλλοθεν μέν, καὶ ὅτι παρὰ Πάρθων ἔλαβε τὴν ἀρχήν, τοὺς Ῥωμαίους ὑπεριδών. προσεπῆγε δὲ ὁ Ἀντώνιος ὅτι καὶ πρὸς τὸν κατὰ Πάρθων πόλεμον Ἡρώδην βασιλεύειν συμφέρει. καὶ δόξαν πᾶσι τοῦτο ψηφίζονται.

Καὶ ὁ μὲν οὕτω τὴν βασιλείαν εἰλήφει, Ἀντίγονος δὲ τὴν Μασάδαν διόλου ἐπολιόρκει. οἱ δὲ ἐντὸς αὐτῆς ἐσπάνιζον ὕδατος,
C ὡς καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἡρώδου τὸν Ἰωσὴφ ἀποδρᾶναι βουλεύεσθαι σὺν διακοσίοις πρὸς Ἄραβας· ἀλλ᾽ ἐπεσχέθη, νυκτὸς γενομένου ὑετοῦ. Βενδίδιος δὲ ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς πεμφθεὶς ἐκ Συρίας

1 τῶν ἀδελφῶν A. 8 δὲ add A. 9 παραστησάμενοι A, παραστησάμενος PW. 18 μασάδα ἐπολιόρκει διόλου A. 19 βούλεσθαι σὺν διακόνοις A. 20 γενομένου νυκτὸς A. 21 Οὐεντίδιος Iosephus.

in Aegyptum abiit: atque in eo itinere quomodo cum fratre actum esset cognovit. cum autem Malchus mutata sententia misisset qui Herodem iter convertere iuberent, ille iam longissime aberat. et ex Aegypto Romam profectus suos et Phasaeli casus Antonio exponit, et ut Antigonus a Parthis in regnum collocatus sit pecuniarum et mulierum pactione, caeteraque quae ipse tum fecisset tum perpessus esset. motus est ob eam fortunae commutationem Herodis misericordia Antonius. Caesar quoque tum ob alia tum in Antonii gratiam casum Herodis perquam dolenter ferentis alacrior factus ad suffragandum. igitur Herode in senatum adducto paterna beneficia et ipsius erga Romanos benevolentiam commemorant, Antigonum vero ut hostem accusant cum ob alia tum quod despectis Romanis regnum a Parthis accepisset, Antonio illud etiam adiiciente, e re publica esse ob Parthicum bellum Herodem rerum potiri.

Hac sententia ab omnibus approbata regnum Herodi decernitur, Antigono interea Masadam continenter obsidente. obsessos aqua iam defecerat, et Iosephus Herodis frater cum ducentis ad Arabes aufugere decreverat, sed nocturna pluvia consilium id discussit. Ventidius porro

Πάρθους ἀνείργειν, εἰς Ἰουδαίαν παρέβαλεν, ὡς συμμαχήσων δῆθεν τοῖς πολιορκουμένοις, τὸ δ' ὅλον ὡς παρὰ Ἀντιγόνου χρηματισόμενος. ὁ μὲν οὖν πληρώσας τὸ βούλημα ἀνεχώρησε, Σίλωνα δὲ μετὰ μέρους τῆς στρατιᾶς καταλέλοιπεν, ἵνα μὴ γένηται τὸ λῆμμα κατάφωρον. Ἡρώδης δὲ ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς Πτολεμαΐδα καταπεπλευκὼς ἤλαυνεν ἐπ' Ἀντίγονον, δύναμιν ἀθροίσας. ἑλὼν δ' ἐν τῷ μέσῳ τὴν Ἰόππην, ἵνα μηδὲν εἴη τοῖς ἐχθροῖς ἔρυμα, ἔσπευδεν εἰς Μασάδαν, τοὺς οἰκείους ῥυσό- D
μενος· καὶ τούτους ἀναλαβὼν, πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα παραγίνεται· συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ μετὰ Σίλωνος στρατιωτικόν. καὶ ἐκτὸς ἐστρατοπεδεύσατο· οἱ δ' ἐντὸς ἀπὸ τοῦ τείχους μαχόμενοι ἀνεῖργον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν πύργων. καὶ ὁ Σίλων δὲ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν τινας καταβοᾶν τοῦ Ἡρώδου ἐποίησε διὰ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων, ἐκίνει τε τὸ στρατόπεδον ὡς ἀναχωρήσων. ταῦτα δ' ἐποίει τὸν Ἀντίγονον διὰ τὴν δωροδοκίαν αἰδούμενος. Ἡρώδης δὲ ἠξίου μένειν αὐτὸν, καὶ ἐξορμήσας πλῆθος ἐπιτηδείων ἐκόμισεν, ὥστε μηκέτι ὑπολιπεῖν Σίλωνι τῆς ἀναχωρήσεως πρόφασιν. καὶ οἱ μὲν ἐν ἀφθόνοις ἦσαν, Ἡρώδης δὲ παραγενόμενος P I 232
εἰς Σαμάρειαν ἐκεῖ τήν τε μητέρα καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους κατέθετο, αὐτὸς δὲ ἐπὶ Γαλιλαίαν ᾤχετο. καὶ προσάγεται πᾶσαν αὐτὴν, πλὴν τῶν ἐν τοῖς σπηλαίοις κατοικούντων. ἦν δὲ τὰ σπήλαια ἐν ὄρεσι πάντῃ ἐξερρωγόσι καὶ πέτραις ὀξείαις ἐμπεριεχόμενα. καὶ τούτων δὲ δυσχερῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἐκράτησε.

2 ἀντιγάνου A, Ἀντιγόνῳ PW. 7 ἰόπην A, Ἰόππην Iosephus. 8 μασάδα A. 9 παραγίνεται] ἐπορεύετο A. 11 ἐστρατοπαιδεύσατο A cum Iosepho, ἐστρατοπεδεύσαντο PW. 16 ἐπιτήδειον A. 21 ἐν om A. 22 ἐρρωγόσι A.

praetor a Romanis missus ad Parthos Syria pellendos in Iudaeam abiit per speciem obsessis auxiliandi, re vera ut ab Antigono pecuniam caperet; ac voti compos factus recessit, Silone cum parte copiarum relicto ne largitio deprehenderetur. Herodes vero ex Italia Ptolemaidem transvectus collecto exercitu contra Antigonum ducens, obiter Ioppe capta ne qua hostibus munitio relinqueretur, Masadam ad suos tutandos properabat; iisque receptis, adiunctis etiam Silonis cohortibus, extra Hierosolyma castra metatur. iis autem qui in urbe erant ex propugnaculis hostes arcentibus, etiam Silo quosdam e suis subornavit ut ob commeatus penuriam contra Herodem vociferarentur, castraque movit tanquam recessurus. id eo faciebat quod Antigonum ob largitionem reverebatur. Herodes vero ab illo petiit ut maneret, et commeatus copiam attulit, ne qua Siloni causa discessus relinqueretur. cum exercitui abunde prospectum esset, matre caeterisque necessariis Samariae collocatis Galilaeam omnem sibi adiungit, iis exceptis qui speluncas incolunt undique acutis et praeruptis petris obseptas. tandem iis quoque licet difficulter

καταστήσας δὲ τὰ αὐτόθι ὁ βασιλεὺς εἰς Σαμάρειαν ὥρμησεν, ὡς μάχῃ κριθησόμενος πρὸς Ἀντίγονον. ἐν τούτοις δὲ Πακόρου πεσόντος ἐν πολέμῳ, καὶ τῶν Πάρθων τραπέντων ὑπὸ Ῥωμαίων, πέμπει τῷ Ἡρώδῃ βοηθὸν Μαχαιρᾶν σὺν στρατιᾷ ὁ Βενδίδιος. W I 166 καὶ τούτῳ μὲν ὁ Ἡρώδης τὸν ἀδελφὸν Ἰωσὴφ καταλέλοιπεν, B ἐντειλάμενος μὴ ἀποκινδυνεύειν μηδὲ τῷ Μαχαιρᾷ διαφέρεσθαι, αὐτὸς δὲ πρὸς Ἀντώνιον ἔσπευδε πολιορκοῦντα Σαμόσατα, πόλιν τῶν παρευφρατιδίων. ὡς δὲ ἤγγιζεν ὁ Ἡρώδης, πέμπει τὸ στράτευμα ὑπαντησόμενον αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος, καὶ παρόντα ἠσπάζετο, καὶ Σοσσίῳ συμμαχεῖν αὐτῷ ἐνετέλλετο· καὶ ὃς τὸ κεκελευσμένον ἐπλήρου. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀδελφὸς Ἡρώδου ἐπὶ Ἱεριχοῦντα σπεύδων περιπίπτει τοῖς Ἀντιγόνου, καὶ ἐν δυσχωρίαις ἀποληφθεὶς θνήσκει γενναίως μαχόμενος, καὶ ἅπαν ἀπέβαλε τὸ στράτευμα. Ἀντίγονος δὲ τὴν αὐτοῦ τεμὼν κεφαλὴν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Φερώρᾳ ἀποδίδωσι ταλάντων πεντήκοντα.

11. Ἀποστάντες δὲ οἱ Γαλιλαῖοι τοὺς τὰ Ἡρώδου φρονοῦντας C ἐν τῇ λίμνῃ κατεπόντωσαν, καὶ τῆς Ἰουδαίας ἐνεωτερίσθη πολλά. ἠγγέλη δὲ ταῦτα Ἡρώδῃ καὶ ἡ τοῦ ἀδελφοῦ τελευτὴ ἐν Δάφνῃ τῆς Ἀντιοχείας. ἐπειγομένῳ οὖν, ὡς κατὰ Γαλιλαίαν ἐγένετο, συνήντησαν αὐτῷ οἱ πολέμιοι. καὶ ἡττηθέντες κατεκλείσθησαν εἴς τι χωρίον, ὁ δὲ ἔσπευδεν εἰς Ἱεριχοῦντα τιμωρήσασθαι θέλων αὐτοὺς διὰ τὸν ἀδελφόν. Ἀντίγονος

2 πακόρου πεσόντος A Iosephus, πεσόντος Πακόρου PW. 10 σουσσίω A. 13 τὸ ἅπαν ἀπέβαλε στράτευμα A.

Fontes. Cap. 11. *Iosephi Ant.* 14 15 § 10—16 § 4.

potitus, rebus ibi ordinatis Samariam rediit ut acie cum Antigono decerneret. interea Pacoro in praelio caeso Parthisque a Romanis profligatis Ventidius Herodi Machaeram cum legionibus auxilio mittit. apud quem Herodes fratre Iosepho relicto, mandat ne Martis aleam experiatur neve cum Machaera contendat: ipse ad Antonium abit, Samosata urbem ad Euphratem sitam oppugnantem. cui cum appropinquasset, Antonius exercitum ei obviam mittit; praesentemque amplexus, Sossium ei opitulatum ire iubet. Iosephus vero frater Herodis dum Hierichuntem properat, ab Antigoni militibus in angustiis exceptus fortiter pugnans occumbit, omni amisso exercitu: cuius caput amputatum Antigonus fratri illius quinquaginta talentis vendidit.

11. Galilaei quoque per defectionem Herodianos in lacu demerserunt, multaque in Iudaea novata sunt. quibus rebus una cum caede fratris in Daphne Antiochiae nuntiatis Herodes propere in Galilaeam profectus, hostibus profligatis et in castellum quoddam compulsis, Hierichuntem contendit ad necem fratris ulciscendam. Antigonus vero,

δὲ ἐπὶ τὴν Σαμάρειαν πέμπει στρατηγὸν Πάππον ὄνομα σὺν δυνάμει, παρέχων τοῖς ἐναντίοις δόξαν πολεμοῦντος ἐκ περιουσίας. καὶ Ἡρώδης ἦλθεν ἐπὶ τὸν Πάππον, καὶ συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις κρατεῖ, καὶ εἵπετο φεύγουσιν εἰς τὴν κώμην, κτείνων οὓς ἂν καταλάβοι. πεπληρωμένων δὲ τῶν οἰκιῶν ὁπλιτῶν, καὶ πολλῶν ἐπὶ τὰς στέγας ἀναφευγόντων, τοὺς ὀρόφους τῶν οἴκων καθαιρῶν ἐκράτει τούτων. καθαιρουμένων δὲ τῶν ὀρόφων ἔμπλεα D *ὡρῶντο τὰ κάτω στρατιωτῶν, οὓς λίθοις ἄνωθεν βάλλοντες ἔκτεινον. τοῦτο τὰ τῶν πολεμίων φρονήματα ἔθραυσε· καὶ ἧκεν ἂν εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἡρώδης μετὰ τῆς στρατιᾶς αὐτίκα καὶ τὸ πᾶν ἐξειργάσατο, εἰ μὴ χειμὼν ἐπέσχε βαθύς. τότε ὀψίας οὔσης ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης εἴς τι δωμάτιον εἰσελθὼν περὶ λουτρὸν ἦν, καὶ ἀποδυσάμενος ἐλούετο, ἑνὸς αὐτῷ ὑπηρετουμένου παιδός. κατὰ δέ γε τὸ ἐνδότερον οἴκημα τῶν πολεμίων τινὲς συμπεφευγότες ὡπλισμένοι ἐκεῖ διὰ φόβον ἐκρύπτοντο. καὶ μεταξὺ λουομένου τοῦ βασιλέως εἷς τις ἐπεξέρχεται ξίφος ἔχων γυμνόν, καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλος καὶ αὖθις ἕτερος ὁμοίως ὡπλισμένοι, οὐδένα* P I 233 *πλήξαντες ὑπὸ δέους, ἀγαπῶντες δὲ εἰ αὐτοὶ σωθεῖεν. τοιοῦτον ἔφυγε κίνδυνον ὁ Ἡρώδης. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τὴν τοῦ Πάππου τεμὼν κεφαλὴν ἤδη ἀνῃρημένου ἔπεμψε Φερώρᾳ τῷ ἀδελφῷ ἀντὶ τῆς τοῦ Ἰωσὴφ κεφαλῆς· οὗτος γὰρ ἦν ὁ Πάππος αὐτόχειρ ἐκείνου γενόμενος.*

Λήξαντος δὲ τοῦ χειμῶνος ἀφίκετο πρὸς Ἱεροσόλυμα καὶ στρατοπεδεύεται τῆς πόλεως ἔγγιστα· καὶ καταλιπὼν ἐκεῖ τοὺς τὰ

8 *ὡρῶντο* A, *ὁρῶντο* PW. *βάλλοντες* A, *βαλόντες* PW.
21 *τῆς κεφαλῆς ἰωσήφ* A.

Pappo duce cum copiis ad Samariam misso, opinionem hostibus eam afferre voluit quasi in opum affluentia bellum gereret. sed Herodes illos acie victos in vicum persecutus omnes occidit quos adipisci potuit: cumque aedes armatis complerentur et multi in superiora confugerent, tectis aedium destructis milites qui infra erant lapidibus obruit. ea re hostium animos ita fregit ut statim cum exercitu Hierosolyma intrare potuisset, nisi hiemis asperitate esset impeditus. tunc, quia iam serum erat, in domuncula quadam lavit, uno tantum puero ministrante; in cuius interiorem partem aliquot ex hostibus armati prae metu sese abdiderant. dum igitur rex lavat, unus stricto gladio progreditur, deinde alter, post alius, eodem modo armati: neque tamen quemquam percusserunt, ut in metu salutem quaesivisse contenti. huiusmodi periculo evitato postridie Pappi iam interfecti caput amputatum Pherorae fratri pro Iosephi capite misit, Pappi manibus interfecti.

Hieme finita, castris proxime Hierosolyma collocatis et cura parandae obsidionis certis hominibus mandata, Samariam abit, ut cum

πρὸς τὴν πολιορκίαν ἑτοιμάσοντας, αὐτὸς εἰς Σαμάρειαν ᾤχετο,
B τῇ Ἀλεξάνδρου θυγατρὶ συνευνασθησόμενος, ἤδη κατεγγυηθείσῃ αὐτῷ, ὡς ἱστόρηται. μετὰ δὲ τοὺς γάμους ἀφίκετο ἐκ Σαμαρείας· ἧκε δὲ σὺν στρατιᾷ καὶ ὁ Σόσσιος. καὶ πρὸς τὸ τεῖχος τῶν Ἱεροσολύμων ἠθροίζοντο, καὶ χώματα ἐγείραντες καὶ πολιορκητικὰς μηχανὰς προσάγοντες τὸ τεῖχος κατέσειον. καὶ οἱ ἐντὸς δὲ ἀπονοίᾳ μᾶλλον ἢ προνοίᾳ ἀντικαθίσταντο στρατηγούμενοι. ἀναβαίνουσι δὲ ἐπὶ τὸ τεῖχος πρῶτον μὲν λογάδες εἴκοσιν, εἶτα ἑκατοντάρχαι Σοσσίου. ᾑρέθη δὲ τὸ μὲν πρῶτον τεῖχος ἡμέραις τεσσαράκοντα, τὸ δὲ δεύτερον πεντεκαίδεκα. ἁλόντος δὲ τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ καὶ τῆς κάτω πόλεως, εἰς τὸ ἐντὸς ἱερὸν καὶ τὴν
C ἄνω πόλιν Ἰουδαῖοι συνέφυγον. ἑάλω δὲ καὶ ταῦτα, καὶ ἦν ἅπαντα φόνων μεστά. ὁ δ' Ἀντίγονος, μήτε τῆς τότε τύχης μήτε τῆς πάλαι μεμνημένος, κάτεισιν ἐκ τῆς βάρεως καὶ προσπί-
W I 167 πτει τοῖς Σοσσίου ποσί. κἀκεῖνος μηδὲν αὐτὸν οἰκτείρας πρὸς τὴν μεταβολήν, καὶ ἐπεκρότησε καὶ Ἀντιγόνην ἐκάλεσε καὶ δήσας ἐφύλαττεν. ὡρμηκότων δὲ τῶν συμμάχων ἐπὶ θέαν τοῦ ἱεροῦ καὶ τῶν κατὰ τὸν ναὸν ἁγίων, ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης τοὺς μὲν παρακαλῶν τοῖς δὲ ἀπειλῶν ἐνίους δὲ καὶ τοῖς ὅπλοις ἀνέστελλεν, ἐκώλυέ τε καὶ τὰς κατὰ τὴν πόλιν ἁρπαγάς, αὐτὸς τοὺς μισθοὺς διανεμεῖν ἑκάστοις οἴκοθεν ὑπισχνούμενος. καὶ οὕτω τὸ λοιπὸν
D περισώσας τῆς πόλεως, τὰς ὑποσχέσεις ἐπλήρωσεν. αὐτῷ δὲ Σοσσίῳ βασιλικώτατα ἐδωρήσατο. ὃς ἀνέζευξεν ἐξ Ἱεροσολύμων

5 ἐγείροντες A. 8 δὲ add A. 9 δὲ] γὰρ A Iosephus. ἡμέραις Iosephus, ἡμέρας PW. 15 τοῖς] τοῖς τοῦ A. 19 τοῖς prius] τοὺς A: Iosephus τοῖς. 23 βασιλικωτάτως A.

Alexandri filia sponsa sua concumberet. nuptiis absolutis et ipse et Sossius cum exercitu ad Hierosolymorum moenia profecti, aggeribus excitatis adductisque machinis murum quatiunt, iis qui intus erant ex desperatione magis quam consilio resistentibus. ac primum viginti lecti milites, deinde Sossii centuriones moenia conscendere. prior murus diebus quadraginta, posterior quindecim est expugnatus. capto etiam exteriore templo et urbe inferiore, in templum interius et superiorem urbem Iudaei confugerunt. iis quoque expugnatis, caedibus referta fuerunt omnia. Antigonus vero, neque praesentis neque pristinae fortunae memor, turri relicta Sossio supplex accidit. quem ille, tantae mutationis nihil misertus, increpat et Antigonam appellat et vinctum in custodiam tradit. Herodes socios ad templum et sacrarii adytum spectandum properantes partim rogando partim minitando partim armis sustinuit, et direptionem urbis prohibuit, se de suo stipendia soluturum omnibus pollicitus. reliquiis urbis ita conservatis promissa praestitit, ipsum Sossium plus quam regia liberalitate prosecutus. qui cum Hiero-

τῷ Ἀντωνίῳ δεσμώτην ἄγων Ἀντίγονον. δείσας δ' Ἡρώδης μὴ κομισθεὶς εἰς Ῥώμην Ἀντίγονος δικαιολογήσηται πρὸς τὴν σύγκλητον, ἑαυτὸν μὲν ἐκ βασιλέων ἀποδεικνύων, Ἡρώδην δὲ ἰδιώτην, καὶ ὡς, κἂν αὐτὸς εἰς Ῥωμαίους ἐξήμαρτε, προσῆκεν ἡ βασιλεία τοῖς αὐτοῦ παισί, πείθει χρήμασι πολλοῖς τὸν Ἀντώνιον ἀνελεῖν τὸν Ἀντίγονον. καὶ ὁ μὲν ἀνῄρητο, ἡ δὲ ἀρχὴ ἐκ τοῦ τῶν Ἀσαμωναίων γένους ἀφῄρητο, ἐπ' ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι διαρκέσασα, μετέβη δὲ εἰς Ἡρώδην τὸν Ἀντιπάτρου, ἰδιωτικοῦ τυγχάνοντα γένους καὶ οἰκίας δημότιδος.

P I 234

12. Οὕτω δὲ τῆς ὅλης Ἰουδαίας Ἡρώδης ἀναθέμενος τὴν ἀρχήν, τοὺς μὲν τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας προσήγετο, τοὺς δ' ἐναντιουμένους ἐκόλαζεν. ἐτίμα δὲ μάλιστα Πολλίωνα τὸν Φαρισαῖον καὶ Σαμαίαν τὸν τούτου μαθητήν· τῆς γὰρ πολιορκίας συνισταμένης συνεβούλευον οὗτοι δέξασθαι τὸν Ἡρώδην. ὁ δὲ Σαμαίας οὗτος, ὡς ἤδη ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ προεῖπεν Ὑρκανῷ τε καὶ τοῖς δικάζουσιν ὡς περισωθεὶς Ἡρώδης ἅπαντας αὐτοὺς μετελεύσεται. ἀπέκτεινε δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀντίγονον τεσσαράκοντα τοὺς πρώτους καὶ τὰς αὐτῶν οὐσίας ἀφείλετο, πέρας τε κακῶν ἦν οὐδέν. B

Ὑρκανὸς μέντοι παρὰ Πάρθοις αἰχμάλωτος ὢν ἐπιεικοῦς ἔτυχε τοῦ Πάρθων βασιλέως Φραάτου, καὶ λυθεὶς τῶν δεσμῶν

2 δικαιολογήσεται A. 7 ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ἓξ Iosephus. 12 πολίωνα A. 15 ἔμπροσθεν] p. 406 v. 9, ubi Σαμαῖος. 18 τεσσαράκοντα πέντε Iosephus. ἀφείλατο A.

Fontes. *Cap.* 12. *Iosephi Ant.* 15 1 *et* 2.

solymis recedens Antigonum ad Antonium in vinculis duceret, veritus Herodes ne ille Romam perductus apud patres conscriptos pro sua defensione afferret, se regibus esse oriundum, Herodem vero hominem privatum, atque, ut ipse in Romanos deliquerit, regnum tamen ad suos filios pertinere, magna pecunia data ab Antonio impetrat ut Antigonum occidat. eo sublato principatus Asamonaeorum familiae ademptus, quem per annos 120 tenuerat, ad Herodem transiit Antipatri filium, ex genere privato et plebeia domo ortum.

12. Sic Herodes totius Iudaeae imperio potitus, sui studiosos fovit, adversarios suppliciis affecit. Pollioni Pharisaeo et Samaeae illius discipulo honorem in primis habuit: qui, cum urbs obsideretur, deditionis faciendae auctores fuerant. Samaeas porro, ut supra narratum est, Hyrcano et iudicibus praedixerat, Herodem conservatum ipsos omnes ulturum esse. occidit autem ex Antigoni factione quadraginta principes, bonis etiam ereptis: nec malorum ullus finis fuit.

Enimvero Phraates Parthorum rex Hyrcanum captivum benigne habuit, et vinculis solutum Babylone degere permisit, ubi a gente

ἐν Βαβυλῶνι διάγειν παρεχωρήθη, ἔνθα καὶ πλῆθος ἦν Ἰουδαίων, οἳ τὸν Ὑρκανὸν ὡς ἀρχιερέα καὶ βασιλέα ἐτίμων. μαθὼν δὲ τὸν Ἡρώδην παρειληφέναι τὴν βασιλείαν, διενοεῖτο μεταχωρῆσαι πρὸς αὐτόν, διά τε τὸ κῆδος καὶ μνησθήσεσθαι οἰηθεὶς αὐτὸν ὅτι κρινόμενον ἐπὶ φόνοις τοῦ κινδύνου ἐρρύσατο. οἱ δ' ἐν Βαβυλῶνι Ἰουδαῖοι μένειν ἠξίουν αὐτόν, ὡς ἀρχιερέα καὶ βασιλέα τιμώμενον παρ' αὐτῶν, καὶ ὅτι καὶ ἀπελθὼν τυχεῖν τῆς C *ἀρχιερωσύνης ἀδυνατεῖ, λελωβημένος τὸ σῶμα ὑπ' Ἀντιγόνου. οἱ μὲν οὖν ἐκώλυον, ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο, αὐτός τε ποθῶν ἐπανελθεῖν καὶ παρὰ Ἡρώδου παρακαλούμενος. Ἡρώδης δὲ καὶ πρὸς Φραάτην πρεσβείαν ἐποιήσατο καὶ δῶρα ἔπεμψεν, ἀξιῶν μὴ κωλῦσαι τὰς εἰς τὸν εὐεργέτην αὐτοῦ χάριτας. ἦν δὲ οὐχ ὑπὲρ Ὑρκανοῦ ἡ σπουδή, ἀλλ' ὅτι μὴ κατ' ἀξίαν ἦρχεν, ἐδεδοίκει τὰς ἐξ εὐλόγων μεταβολάς, καὶ ἔσπευδεν ἢ ἐκποδὼν θέσθαι τὸν Ὑρκανόν, ἢ τέως ἐν χερσὶν ἔχειν. ἐνδεδωκότος δὲ τοῦ Πάρθου τὴν ἀναχώρησιν, ἀπελθὼν Ὑρκανὸς διὰ πάσης ἤγετο τιμῆς πρὸς* D *Ἡρώδου, πατήρ τε καλούμενος καὶ παρὰ τὰς ἑστιάσεις προκατακλινόμενος καὶ παντοίως ἐξαπατώμενος ἵνα μὴ ἐπιβουλευόμενος αἴσθηται.*

Εὐλαβούμενος δὲ ὁ Ἡρώδης τῶν ἐπισήμων τινὰ ἀποδεῖξαι ἀρχιερέα, ἐκ Βαβυλῶνος μεταπεμψάμενος ἱερέα τῶν ἀσημοτέρων, Ἀναὴλ ὄνομα, τούτῳ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀπένειμεν. Ἀλεξάνδρα δὲ ἡ πενθερὰ Ἡρώδου, παῖδα ἔχουσα ἐξ Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀρι-

14 *ἐκ ποδῶν* PW. 22 *ἀνάνηλον* et *ἀνάηλον* Iosephi codices. 23 *ἐξ* add A.

Iudaica et pontificio et regio honore colebatur. sed cum Herodem regnum suscepisse audivisset, discedere statuit: illum cum ob affinitatem tum quod caedis reum periculo exemisset sui rationem habiturum esse ratus. quod etsi Babylonii Iudaei dissuadebant, tumque a se pro rege et pontifice coleretur, tumque Hierosolyma reversus ob mutilatum ab Antigono corpus sacerdotio fungi non posset, tamen suum desiderium et Herodis preces illorum monitis praetulit. nam Herodes etiam a Phraate per legatos missis muneribus petierat ne obstaret quo minus viro de se bene merito gratiam referret. neque vero Hyrcani commodum spectabat: sed quia regnum alienum tenebat, mutationes haud ab re veritus, id dabat operam, ut aut Hyrcanum e medio tolleret, aut in sua potestate haberet. reditu a Parthis impetrato Hyrcanus perquam honorifice ab Herode habebatur, cum et pater appellaretur, et prior accumberet in conviviis, et omni genere calliditatis deciperetur ne insidias parari sibi animadverteret.

Herodes porro aliquem ex illustrioribus pontificem designare veritus, Anaeli cuidam obscuro sacerdoti, quem Babylone arcessierat, pontificatum tradit. Alexandra vero socrus Herodis filium suum Aristo-

στοβούλου ὥρᾳ κάλλιστον, καλούμενον Ἀριστόβουλον, χαλεπῶς ἔφερε τὴν παρόρασιν τοῦ υἱοῦ· καὶ γράφει τῇ Κλεοπάτρᾳ αἰτήσασθαι τῷ παιδὶ παρ' Ἀντωνίου τὴν ἀρχιερωσύνην. Ἀντωνίου δὲ νωθέστερον διατεθέντος περὶ τὴν αἴτησιν, εἰς Ἰουδαίαν ἐλθὼν Δέλλιος καὶ ἰδὼν τὸν Ἀριστόβουλον ἠγάσθη, οὐχ ἧττον δὲ τὴν W I 168 P I 235 Μαριάμμην τὴν συνοικοῦσαν τῷ βασιλεῖ· καὶ πείθει τὴν Ἀλεξάνδραν ἀμφοτέρων τῶν παίδων εἰκόνας τῷ Ἀντωνίῳ στεῖλαι· θεασαμένου γὰρ εἶπε μή τινος ἀτευκτήσειν ὧν ἀξιοῖ. ἡ μὲν οὖν πέμπει τὰς εἰκόνας τῷ Ἀντωνίῳ, ὁ δὲ τὴν μὲν κόρην ᾐδέσθη μεταπέμψασθαι γεγαμημένην Ἡρώδῃ, καὶ ἅμα τὰς εἰς Κλεοπάτραν διαβολὰς ὑπεξέκλινεν. ἐπέστειλε δὲ τῷ Ἡρώδῃ πέμπειν τὸν παῖδα, προσθέμενος, εἰ μὴ δοκοίη βαρύ. Ἡρώδης δὲ ἀσύμφορον ἑαυτῷ κρίνας ὡραιότατον ὄντα τὸν Ἀριστόβουλον καὶ γένει B προὔχοντα πρὸς Ἀντώνιον ἥκειν, ἰσχύοντα ὡς οὐδεὶς Ῥωμαίων, ἕτοιμον δὲ πρὸς ἔρωτας καὶ πρὸς ἡδονὰς εὐκατάφορον, ἀντέγραψεν ὡς, εἰ ἐξέλθῃ τῆς χώρας τὸ μειράκιον, ἅπαντα ταραχῆς ἐμπλησθήσεται· καὶ οὕτω μὲν παρῃτήσατο τὸν Ἀντώνιον, τοὺς δὲ φίλους ἀθροίσας ᾐτιᾶτο τὴν Ἀλεξάνδραν ὡς ἐπιβουλεύουσαν ἵν' αὐτὸς ἀφαιρεθῇ τὴν ἀρχήν. "ἀλλ' οὐκ αὐτός" ἔφη "διὰ τοῦτο ἄδικος ἔσομαι, ἀλλὰ νῦν δίδωμι τὴν ἱερωσύνην τῷ μειρακι· παιδὸς γὰρ ὄντος παντάπασι πρώην, διὰ τοῦτο ἕτερον ἀρχιερέα ἐποίησα." οὕτως εἰπόντος χαρά τε ἅμα καὶ δέος τὴν

6 μαριάμην A. 8 ἀπευκτήσειν A, ἀτευκτήσειν cum Zonara (ut solet) codex Iosephi Busbequianus, reliqui ἀθετήσειν.

bulum, puerum formosissimum, Alexandro Aristobuli filio natum, praeteritum esse aegre ferens, a Cleopatra petit ut filio pontificatum impetret ab Antonio. quibus precibus segnius ab illo acceptis, Dellius in Iudaeam profectus, Aristobuli et Mariammae coniugis Herodis formam admiratus, Alexandrae persuadet ut amborum liberorum imagines Antonio mittat; quibus ille conspectis nihil non concessurus esset. Antonius imaginibus acceptis, puellam Heredi nuptam arcessere verecundatus, etiam Cleopatrae criminationes declinans, ad Herodem scribit ut sibi puerum mittat, cum hac appendice, nisi grave ipsi videretur. Herodes vero minime e re sua esse ratus, si Aristobulus adolescens formosissimus et nobilissimus ad Antonium Romanorum potentissimum, qui facile amoribus irretiretur et ad voluptates propensus esset, mitteretur, rescripsit, si adolescens Iudaea excessisset, omnia tumultu fore plena, itaque se Antonio excusavit; et amicis convocatis Alexandram incusavit tanquam regnum sibi fraude eripere conantem. se tamen propterea non iniustum fore dixit, sed iam adolescenti pontificatum daturum: qui cum pridem plane puer esset, propterea se alium pontificem interea designasse. quae cum dixisset, Alexandra et laetitia et

C Ἀλεξάνδραν εἶχε, χαρὰ μὲν διὰ τὴν τιμὴν τοῦ παιδός, δέος δὲ διὰ τὴν ὑποψίαν Ἡρώδου. καὶ ἀπελογεῖτο δακρύουσα, περὶ μὲν τῆς ἱερωσύνης σπουδάσαι, βασιλείᾳ δὲ μὴ ἐπιχειρῆσαι· καὶ νῦν δέχεσθαι εἰς τὸν υἱὸν τὴν τιμήν, ἔσεσθαι δὲ πρὸς πᾶν ὑπήκοος διεβεβαιοῦτο.

13. Οὕτως ὁμιλήσαντες διελύοντο, ὡς πάσης δῆθεν ὑποψίας ἐξῃρημένης. τῆς δὲ ἀρχιερωσύνης τῷ παιδὶ δοθείσης Ἀριστοβούλῳ, ἔδοξε τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν θεραπευθῆναι. Ἡρώδῃ δὲ
D ἡ Ἀλεξάνδρα ὕποπτος ἦν, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις διατρίβειν αὐτὴν ἀπῄτει καὶ μηδὲν ἐπ' ἐξουσίας δρᾶν, καὶ ἐπιμελῶς αὐτὴν ἦσάν τινες φυλάσσοντες. ἡ δ' ἐξηγριοῦτο, πᾶν ὁτιοῦν ὑπομεῖναι προκρίνουσα ἢ μετὰ δουλείας καὶ φόβων βιοῦν· καὶ τὴν Κλεοπάτραν παρεκάλει ἐπικουρεῖν, τὰ ἐν οἷς εἴη δηλώσασα. ἡ δὲ σὺν τῷ παιδὶ πρὸς αὐτὴν ἀποδιδράσκειν ἐκέλευε. δύο γοῦν λάρνακας παρασκευασαμένη ὡς εἰς ἐκκομιδὴν σωμάτων νεκρῶν, ταύταις ἔμελλεν ἑαυτὴν καὶ τὸν υἱὸν ἐμβαλεῖν, ἐπιτάξασα τοῖς συνειδόσι τῶν οἰκετῶν νυκτὸς ἐκφέρειν καὶ κομίζειν πρὸς θάλασσαν, ὅπου καὶ πλοῖον αὐτοῖς ᾧ πλεῖν ἐπ' Αἴγυπτον ἔμελλον παρεσκεύαστο.
P I 236 ταῦτα ὁ Ἡρώδης ἔκ τινος τῶν οἰκετῶν ἐκείνης μαθών, καὶ προελθεῖν ἐάσας μέχρι τῆς ἐγχειρήσεως, ἐπ' αὐτῇ τῇ πράξει τοῦ δρασμοῦ συνέλαβε. παρῆκε δὲ τὸ ἁμάρτημα φόβῳ τῆς Κλεοπάτρας, ἀλλ' οὐκ ἐπιεικείᾳ. ἐδέδοκτο δ' αὐτῷ ἐκποδὼν ποιήσα-

1 ἀλεξάνδρα A. 3 ἱεροσύνης PW. 6 οὕτω A. ὡς W, om P. 12 φόβον A. κλεοπάτρα A. 15 κομιδὴν A.

Fontes. *Cap.* 13. *Iosephi Ant.* 15 2 § 7 — 3 § 9.

metu affecta est: laetitia ob filii honorem, timore ob Herodis suspicionem: seque cum lacrimis excusavit, se pontificatum quidem appetivisse, regnum autem non affectasse; ac iam honorem filio tributum amplecti, et morigeram in omnibus ei se futuram pollicita est.

13. Sic inter se collocuti discesserunt, velut omni iam suspicione sublata. pontificatu autem puero Aristobulo tradito, rebus domesticis consultum esse videbatur. Alexandram tamen Herodes cum suspectam haberet, in regia degere iussit neque suapte auctoritate quicquam agere. quae cum accurate a quibusdam observaretur, exasperata et quidvis potius tolerandum rata quam vitam servilem et sollicitam, Cleopatrae opem implorat, statu rerum suarum exposito. quae cum eam cum filio ad se confugere iussisset, duabus cistis quasi ad efferendum funus praeparatis, in eas se et filium includere statuit, quas servis rei consciis mandavit ut noctu ad mare deferrent, ubi paratam navim habebant qua in Aegyptum navigaret. id consilium Herodes e quodam servorum illius cognitum eo usque progredi passus est, donec in ipsa fuga deprehenderentur: ac delictum id non tam humanitate quam Cleopatrae metu adductus illis condonavit. sed cum omnino in animo haberet e medio

σθαι τὸ μειράκιον. ἕβδομον οὖν καὶ δέκατον γεγονὸς ἔτος ἀνῆλθεν ἐπὶ τὸν βωμόν, θῦσον κατὰ τὴν τῆς σκηνοπηγίας ἑορτήν, ἐστολισμένον ἀρχιερατικῶς. ὁρμὴ δὲ τῷ πλήθει πρὸς αὐτὸ εὐνοίας ἐγένετο διά τε τὸ κάλλος καὶ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος καὶ τὸ τοῦ γένους ἀξίωμα, ἔχαιρόν τε ἅμα καὶ συνεχέοντο, καὶ φωνὰς εὐφήμους ἠφίουν εὐχαῖς μεμιγμένας. τούτοις κινηθεὶς Ἡρώ- B δης μᾶλλον ἔθετο τῷ κατὰ τοῦ μειρακίου σκοπῷ. καὶ τῆς ἑορτῆς παρελθούσης μεθ᾽ ἑστίασιν φιλοφρονούμενος τὸ μειράκιον ἐνεανιεύετο καὶ προσέπαιζεν αὐτῷ χαριζόμενος. κἀν ταῖς κολυμβήθραις ἐνήχοντο· οἱ δ᾽ Ἡρώδου φίλοι συννηχόμενοι ὡς ἐν παιδιᾷ, οἳ συνῄδεσαν τὸ ἀπόρρητον, οὐκ ἀνῆκαν συμπιέζοντες ἀεὶ τὸν Ἀριστόβουλον καὶ βαπτίζοντες μέχρι τοῦ ἀποπνῖξαι. καὶ ὁ μὲν οὕτως ὤλετο οὔπω τὸν ὀκτωκαιδέκατον ἀνύσας ἐνιαυτόν, πᾶσι δὲ W I 169 τὸ πάθος οἰκεία νενόμισται συμφορά. καὶ Ἀλεξάνδρα συνεῖσα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπωλείας, ἔτι μᾶλλον τῷ πάθει συνείχετο, C ἐνεκαρτέρει δὲ φόβῳ κακῶν ἑτέρων. Ἡρώδης δὲ πάντα ἐπετήδευεν ἀποσκευαζόμενος τὴν ὑπόνοιαν, καὶ δακρύων καὶ συγχεόμενος καὶ πολυτελῆ τὴν ἐκφορὰν ἐνδεικνύμενος. Ἀλεξάνδρα δὲ τούτων οὐδενὶ ἐμαλάττετο, ἀλλὰ τῇ Κλεοπάτρᾳ γράφει τὴν ἐξ ἐπιβουλῆς Ἡρώδου τοῦ υἱέος ἀπώλειαν· ἡ δὲ τὸν Ἀντώνιον ἠρέθιζε τίσασθαι τὸν τοῦ παιδὸς φόνον. πέμπει οὖν Ἀντώνιος κελεύων ἐλθεῖν Ἡρώδην εἰς Λαοδίκειαν καὶ ἀπολογήσασθαι. ὁ δὲ τὴν αἰτίαν δεδοικὼς καὶ τὴν Κλεοπάτρας δυσμένειαν, ἀπιὼν Ἰωσὴφ

6 ὁ ἡρώδης A. 7 σκοποῦ A. 9 κἀν] καὶ A. 21 οὖν] τοίνυν A.

tollere adolescentem, accidit ut is annum aetatis 17 agens, in festo tabernaculorum pontificia stola ornatus aram ad immolandas victimas conscenderet, ac populus impetu quodam ad eius benevolentiam ferretur, tum ob formam et corporis magnitudinem, tum ob familiae dignitatem, ac simul et gauderet et maereret et faustis acclamationibus preces misceret. iis rebus commotus Herodes magis etiam id consilium ursit quod contra illum ceperat. festoque peracto, post convivium ei se iucundum praebuit, iuveniliter ac festive collusit, et in piscina una cum eo natavit. verum Herodis amici, arcani conscii, quasi per iocum Aristobulum premere et mergere non prius destiterunt quam suffocassent. eo nondum annos nato 18 sic enecato, casum illum quisque non secus ac suam calamitatem ferebat. Alexandrae vero dolor, causa quoque interitus cognita, magis etiam augebatur: et quanquam Herodes ad eam suspicionem a se amovendam nihil non faceret, flendo lugendo et funus magnifice efferendo, mater tamen nulla rerum earum mitigata Cleopatrae scribit ut Herodis insidiis suus filius interisset. a qua incitatus Antonius illum ad causam dicendam Laodiceam vocat. ille et crimen et Cleopatrae inimicitias, cum abiret, veritus, Iosephum patruum suum rerum admini-

τὸν θεῖον αὐτοῦ ἐπίτροπον τῶν ἐκεῖ πραγμάτων κατέλιπεν, ἐντει- D *λάμενος λάθρα, εἰ πάθοι τι παρ' Ἀντωνίου αὐτός, αὐτίκα τὴν Μαριὰμ ἀνελεῖν, ἵνα μὴ τεθνηκότος αὐτοῦ ἑτέρῳ διὰ τὴν ὡραιότητα γένηται. Ἡρώδης μὲν οὖν ἀπῄει, Ἰωσὴφ δὲ τὰ τῆς ἀρχῆς διοικῶν, καὶ συνεχῶς ἐντυγχάνων τῇ Μαριὰμ καὶ τῇ Ἀλεξάνδρᾳ, τὴν πρὸς τὴν Μαριὰμ διηγεῖτο τοῦ βασιλέως διάθεσιν. εἰρωνευομένων δ' ἐκείνων πρὸς τοὺς λόγους, προήχθη καὶ τὸ τῆς ἐντολῆς ἐκφῆναι ἀπόρρητον. τὸ δὲ μᾶλλον εἰς πλείω τὰς γυναῖκας ἐνῆγεν ἀπόνοιαν. γίνεται δὲ καὶ λόγος παρὰ τῶν ἀπεχθανομένων Ἡρώδῃ, ὡς κτείνειεν αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος. ἐν τούτοις* P I 237 *γράμματα ἐξ Ἡρώδου ἀφίκετο τὴν Ἀντωνίου τιμὴν τὴν πρὸς αὐτὸν διηγούμενα, καὶ ὡς συνεδρεύει αὐτῷ ἐν ταῖς διαγνώσεσι καὶ ὡς συνεστιᾶται, καὶ ὅτι τούτων τυγχάνει καὶ ταῦτα τῆς Κλεοπάτρας χαλεπῆς οὔσης αὐτῷ πρὸς διαβολήν. τούτων τῶν γραμμάτων κομισθέντων ἡ ψευδὴς ἐπαύσατο φήμη.*

14. *Ἐπεὶ δὲ προπέμψας ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης τὸν Ἀντώνιον ἐπὶ Πάρθους εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν, εὐθὺς ἡ ἀδελφὴ Σαλώμη καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν κατηγόρουν Ἀλεξάνδρας καὶ Μαριάμ. ἡ δὲ Σαλώμη καὶ κατὰ τοῦ ἀνδρὸς ἑαυτῆς λόγον εἰσῆγεν ὡς μι-* B *γνυμένου τῇ Μαριάμ· οὗτος δ' ἦν Ἰωσὴφ ὁ τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων ἐπίτροπος. ἔλεγε δὲ ταῦτα ἐκ πλείονος αὐτῇ χαλεπαίνουσα ὅτι τὴν αὐτῶν δυσγένειαν ἐξωνείδιζεν. Ἡρώδης δὲ*

8 *εἰς πλείω μᾶλλον* A. 9 *ἐνῆκεν* A. *ὑπόνοιαν* Iosephus. 10 *κτείννυεν* A.

Fontes. *Cap.* 14. *Iosephi Ant.* 15 3 § 9 — 6 § 3.

itinere Galbae quoque caede cognita ad patrem est reversus: neque Hierosolymorum obsidionem tentarunt, ob incertum Romani imperii statum, sed Caesareae quieverunt. Galba sublato Otho factus imperator contra Vitellium, quem Germanicae legiones imperatorem salutarant, copias misit: quibus superatis sibi ipse manus intulit. Vitellius adiunctis etiam Othoniis Romam cum legionibus abiit. Vespasianus vero, si qua Iudaica oppidula nondum expugnata supererant, ea quoque vastavit, ut sola Hierosolyma Romanis expugnanda restarent. quae quidem, ut diximus, pessime se habebant: foris enim Simon cum sua factione Iudaeis formidabilior erat quam Romani, intus vero ii qui se zelotas a studio religionis iactabant eorumque dux Ioannes et Romanis et Simone graviores erant. qui urbanos eo necessitatis adegere, ut populus Simonem cum sua turba in urbem arcesseret, spe ille quidem reprimendae zelotarum tyrannidis: sed non animadvertit se graviorem suis cervicibus tyrannum imposuisse. dum haec Hierosolymis geruntur, Vitellius Romam profectus imperator appellatur. quem cum Vespasianus

ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ στρατιῶται συνελθόντες ἀναγορεύουσι τὸν Οὐεσπασιανὸν αὐτοκράτορα.

19. Ὁ δὲ μέλλων ἤδη ἐκπλεῖν, τῷ υἱῷ Τίτῳ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν ἀνέθετο. ὃς τὰς δυνάμεις συναγαγὼν ἀπῄει πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ πρὸ τριάκοντα σταδίων ἐστρατοπεδευκώς, ἐκεῖθεν ἑξακοσίους τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων παραλαβών, ᾔει τὴν πόλιν κατασκεψόμενος καὶ τὰ φρονήματα τῶν ἐντός.
D *ἐπεκθέουσι δὲ τῆς πόλεως ἄπειροι· καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν μετὰ Τίτου μανιώδη τὴν ὁρμὴν τῶν Ἰουδαίων ὁρῶντες ἀνεκόπησαν τοῦ πρόσω χωρεῖν, ὁ Τίτος δὲ μετ' ὀλίγων τῶν ἄλλων ἀποτμηθεὶς εἰς μέσους τοὺς πολεμίους ἐμπεριείληπτο. καὶ γνοὺς ἐν κινδύνῳ τὰ κατ' αὐτόν, ἐπιστρέφει τὸν ἵππον, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐμβοήσας ἕπεσθαι, ἐμβάλλει τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τῷ ξίφει τοὺς ἐπιόντας ἀναστέλλων ἐπὶ τὸ στρατόπεδον διασώζεται, δύο πεσόντων ἐκ τῶν ἑπομένων αὐτῷ.*

Μεθ' ἡμέραν οὖν ἐπὶ τὸν σκοπὸν ἐλθών (τόπος δ' ἐστὶν οὕτω καλούμενος διέχων τῆς πόλεως σταδίους ἑπτά, ὅθεν ἥ τε πόλις καὶ ὁ ναὸς καταφαίνεται) περιβαλέσθαι κελεύει στρατό-
P I 293 *πεδον. τῶν δ' ἐν τῇ πόλει συρρηγνυμένων ἀλλήλοις ἀεί, τότε πολὺς ἐπελθὼν ὁ ἔξωθεν πόλεμος τὴν ἔριν ἀνέπαυσεν. ἐμάχοντο οὖν τοῖς βαλλομένοις στρατόπεδον οἱ Ἰουδαῖοι τῆς πόλεως ἐκτρέχοντες καὶ ἐκάκουν τοὺς ἐναντίους, μᾶλλον δ' ἐκακοῦντο αὐτοί.*

21 οἱ om A.

Fontes. *Cap.* 19. *Iosephi de bello Iudaico* 5 1—7 § 4.

eo nuntio minime delectatus dominum habere recusaret, a suis ducibus et militum consensu imperator salutatur.

19. Soluturus filio Tito Hierosolymorum obsidionem mandat. qui contractis in unum copiis Hierosolyma contendit, et triginta ab urbe stadiis castrametatus, 600 equitibus assumptis ad urbem speculandam et animos hostium periclitandos abit. statim vero infiniti ex urbe procurrunt. ac plurimi ex Titi equitibus furiosum Iudaeorum impetum cernentes substiterunt, ipse vero cum paucis avulsus a caeteris undique ab hostibus circumventus, animadverso periculo convertit equum et suis sequi iussis in Iudaeos irruit, atque obviis quibusque gladio propulsatis salvus in castra revertitur, duobus duntaxat comitum suorum caesis.

Postridie conscenso loco qui speculator dicitur, 7 stadiis ab urbe distans, unde et urbs et templum spectatur, castra muniri iubet. urbani vero subinde prius inter se dimicare soliti, ob ingentem externi belli procellam dirempta lite urbe excurrunt, cum iis qui vallum muniunt dimicant, et dum hostes cladibus afficiunt, pluribus ipsi affi-

λωφήσαντος δὲ πρὸς βραχὺ τοῦ θύραθεν πολέμου, πάλιν τοῖς ἔνδον ἡ στάσις ἠγείρετο. καὶ δόλῳ τὸ ἱερὸν ὁ Ἰωάννης σὺν τοῖς ζηλωταῖς κατασχών, πολλῶν ἀναιρεθέντων, κατεθάρρει τοῦ Σίμωνος.

Ὁ δὲ Τίτος ἐξομαλίσαι προσέταξε τὸ ἀπὸ τοῦ σκοποῦ μέχρι τοῦ τείχους διάστημα. καὶ τὸ μὲν ἐγίνετο, Ἰουδαίοις δὲ κατὰ Ῥωμαίων ἐνέδρα τις μεμηχάνητο. οἱ γὰρ τολμηρότεροι τῶν στασιαστῶν προελθόντες τῆς πόλεως, ὡς ἐκβεβλημένοι δῆθεν ὑπὸ τῶν τὰ εἰρηνικὰ φρονούντων, περὶ τὸ τεῖχος ἦσαν εἰλού- [B] μενοι· ἄλλοι δὲ στάντες ἐπὶ τοῦ τείχους, ὡς ἐκ τοῦ δήμου τυγχάνοντες, εἰρήνην ἐβόων καὶ δεξιὰν ᾐτοῦντο, καλοῦντες τοὺς Ῥωμαίους ὡς τὰς πύλας ἀνοίξοντες. τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις οὐδὲν ὑπωπτεύετο, καὶ ἐχώρουν ἐπὶ τὸ ἔργον, Τίτῳ δὲ δι' ὑποψίας ἦν τῆς ἐπικλήσεως τὸ παράλογον. πρὸ μιᾶς γὰρ ἡμέρας διὰ τοῦ Ἰωσήπου ἐπὶ συμβάσεις αὐτοὺς προκαλούμενος, οὐδὲν φρονοῦντας εὕρισκε μέτριον. μένειν οὖν κατὰ χώραν τοὺς στρατιώτας ἐκέλευε. φθασάντων δέ τινων πρὸς τὰς πύλας δραμεῖν, τὸ μὲν πρῶτον οἱ ἐκβεβλῆσθαι δοκοῦντες ὑπέφευγον, ὡς δὲ μεταξὺ τῶν τῆς πόλεως ἐγένοντο πύργων, ἐξέθεον καὶ ἐκύκλουν [W I 210] αὐτούς. καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ τείχους βέλη κατ' αὐτῶν ἠφίεσαν καὶ [C] λίθους ἠκόντιζον καὶ ἀνεῖλον συχνοὺς καὶ πλείους κατέτρωσαν. καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἐσκίρτων τοὺς θυρεοὺς ἀνασείοντες, τοῖς δὲ στρατιώταις ὁ Τίτος ἠπείλει καὶ οἱ ταξίαρχοι.

1 τοῦ] τὸ A. 9 τὰ om A. 15 συμβάσει A: Iosephus συμβάσεις.

ciuntur. externo bello paulisper quiescente seditio rursus exoritur; et Ioannes cum zelotis templo multis caesis per dolum occupato Simoni se opponere ausus est.

Dum autem intervallum, quod a speculatore ad moenia pertinet, Titi iussu exaequatur, Iudaei Romanis insidias struunt. nam audaciores e seditiosis urbem egressi, quasi a pacis studiosis eiecti essent scilicet, iuxta moenia versabantur; alii in moenibus stantes quasi ex plebe homines pacem clamabant et dexteram petebant, Romanosque vocabant, quasi portas aperturi essent. ac milites quidem nihil suspicati opus aggrediebantur, Titus autem inexspectatam vocationem suspectam habebat: nam cum eos pridie per Iosephum ad pactiones provocasset, nihil moderati responsi acceperat. milites igitur suo loco manere iussit. sed cum quidam ad portas iam procurrissent, ii qui se eiectos esse fingebant refugiebant: ut vero intra urbis turres illi pervenerant, excurrerunt eosque circumvenerunt. qui vero in moenibus erant, tela et saxa contra eos iaculantes occiderunt multos, plures convulnerarunt. quo successu Iudaei exsultabant et scuta concutiebant: Titus vero et centuriones milites castigabant.

Ἤδη δὲ τοῦ πρὸ τῶν τειχῶν χώρου ἐξισωθέντος, ἐκεῖ μεταθεῖναι βουλόμενος τὸ στρατόπεδον, τὸ καρτερώτατον τῆς δυνάμεως ἀντιπαρεξέτεινε τῷ τείχει, καὶ οὕτω πεφραγμένων Ἰουδαίοις τῶν ἐκδρομῶν, ἐστρατοπεδεύσαντο οἱ Ῥωμαῖοι ἐκεῖ. τρισὶ δὲ τείχεσιν ἡ πόλις περιεβέβλητο· ὅπου δ' ἡ φύσις τοῦ τόπου ταύτην ὠχύρου, ἑνὶ περιβόλῳ διέζωστο. οὕτω δ' ἐχούσης τῆς D πόλεως ἄπορος ἐδόκει τῷ Τίτῳ ἡ προσβολή. τέως δ' οὖν ἔδοξε κατὰ τὸ Ἰωάννου τοῦ ἀρχιερέως μνημεῖον προσβάλλειν. καὶ τοῖς τάγμασι δῃοῦν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἐγκελεύεται, συμφορεῖν τε τὴν ὕλην, ἵν' ἐγείροιεν χώματα. καὶ οἱ μὲν εἰς ἔργον ἦγον τὸ κέλευσμα, τῶν δὲ χωμάτων ἐγηγερμένων προσάγειν τοὺς κριοὺς ὁ Τίτος προσέταττε καὶ τύπτειν τὸ τεῖχος.

Ἤδη τῶν κριῶν ἠργμένων τριχόθεν, ἐξαισίου τε κτύπου τὴν πόλιν περιηχήσαντος, κραυγὴ παρὰ τῶν ἔνδον ἤρθη, καὶ οἱ στασιασταὶ δείσαντες ὡμονόησαν, κοινὴν τὴν ἄμυναν πρὸς τοὺς πολεμίους ποιεῖσθαι συνθέμενοι. τῶν γε μὴν κριῶν τυπτόντων P I 294 οὐχ ὑπεδίδου τὸ τεῖχος πληττόμενον, γωνία δέ τις μόνον ἑνὸς τῶν πύργων παρακεκίνητο, τὸ δὲ τεῖχος ἀκέραιον ἦν. Ἰουδαῖοι δὲ τοὺς Ῥωμαίους ἐσκεδασμένους παρατηρήσαντες κατὰ τὸ στρατόπεδον, ἐκθέουσι πάντες, πῦρ ταῖς μηχαναῖς ἐπιφέροντες. δεινὴ δὲ περὶ τὰς ἑλεπόλεις μάχη συνέπεσε, τῶν μὲν ὑποπιμπρᾶν, τῶν δὲ κωλύειν βιαζομένων· Ἰουδαῖοι δὲ ὑπερεῖχον ἐξ ἀπονοίας. καὶ τὸ πῦρ τῶν ἑλεπόλεων ἥπτετο, καὶ εἰ μὴ ὁ Τίτος σὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἐπεβοήθησε, καὶ κατεφλέγησαν ἄν. νῦν δὲ τῶν προμάχων

3 πεφραγμένων AW, πεπραγμένων P.

Eo spatio quod ante moenia est complanato Titus copiarum robur ad muros extendit, obstructisque Iudaeorum excursionibus castra ibi posuit. urbs triplici muro circumdata fuit, ubi vero situ ipso muniebatur, simplici duntaxat. quod cum ita esset, oppugnatio difficillima Tito videbatur. sed tamen visum est iuxta Ioannis pontificis monimentum eam adoriri. ac legiones suburbana vastare iubet materiamque ad excitandos aggeres comportare. quo facto et aggeribus exstructis Titus arietes admoveri ac muros pulsari iussit.

Iam cum arietes tribus ex partibus moenia ferire coepissent, et inusitatus fragor urbem circumsonuisset, clamore ab obsessis sublato seditiosi territi se hostes communi ope propulsaturos esse pepigerunt. murus tamen ictibus arietum non cessit, angulo duntaxat turris unius emoto, muro incolumi. Iudaei vero cum Romanos in castris dissipatos observassent, excurrunt omnes et ignem machinis iniiciunt. ubi atrox pugna exorta est, his eas incendere, illis incendium cohibere conantibus. sed Iudaei ex desperatione superiores fuerunt, et machinae iam ardebant, ac nisi Titus cum equitibus subsidio venisset, conflagrassent.

τῶν Ἰουδαίων πεσόντων ὡς δώδεκα, οἱ λοιποὶ ἐνέκλιναν καὶ συνηλάθησαν εἰς τὴν πόλιν. ζωγρηθεὶς δὲ τῶν Ἰουδαίων εἷς πρὸ τοῦ τείχους ἀνεσταυρώθη, εἰ πρὸς τὴν ὄψιν οἱ λοιποὶ καταπλαγέντες ἐνδοῖεν. πύργους δὲ πεντήκοντα πηχέων ἕκαστον ἐκ ξύλων τοῦ Τίτου κατασκευάσαντος καὶ τοῖς χώμασιν αὐτοὺς ἐπι- B *στήσαντος οὐκέτι ἐκώλυον Ἰουδαῖοι τὰς ἐμβολὰς τῶν κριῶν, ἐκ τῶν πύργων βαλλόμενοι καὶ κακούμενοι. ἤδη δὲ τῷ Νίκωνι τοῦ τείχους ἐνδιδόντος (αὐτοὶ γὰρ Ἰουδαῖοι τὴν μεγίστην ἑλέπολιν τῶν Ῥωμαίων οὕτως ἐκάλεσαν) μαλακισθέντες ἀνεχώρουν οἱ πολλοί. καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπιβάντων αὐτοῦ, πάντες εἰς τὸ δεύτερον ἀναφεύγουσι τεῖχος.*

Καὶ οὕτως οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ πρώτου τείχους ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέραις ἐκράτησαν. ἐντεῦθεν αὐτοῖς κατὰ τοῦ δευτέρου τείχους ἐγένοντο προσβολαί. καὶ προσάγεται ἡ ἑλέπολις· σαλευομένου δὲ τοῦ πύργου καθ' οὗ τὰς ἐμβολὰς ἐποιεῖτο, οἱ μὲν ἄλλοι C *πεφεύγασι,* (20) *Κάστωρ δέ τις ἀνὴρ γόης μεθ' ἑτέρων δέκα προτείνων τὰς χεῖρας ὡς ἱκετεύων ἐκάλει τὸν Τίτον. ὁ δὲ πιστεύσας ἐπέχει τὴν ἐμβολὴν τοῦ κριοῦ. καὶ ὁ Κάστωρ καταβῆναι βούλεσθαι ἐπὶ δεξιᾷ ἔλεγε, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δέκα οἱ μὲν τὴν ἱκεσίαν συνυπεκρίνοντο, οἱ δ' οὐκ ἄν ποτε δουλεύσειν Ῥωμαίοις ἐβόων. τριβομένης δ' ἐν τούτοις τῆς ὥρας, ὁ Κάστωρ ἐδήλου τῷ Σίμωνι, περὶ τῶν ἐπειγόντων βουλεύεσθαι, ὡς ἐμπαί-*

1 *συνέκλιναν* A. 16 *γόης ἀνὴρ* A.

Fontes. *Cap.* 20. *Iosephi de bello Iudaico* 5 7 § 4—10 § 5.

nunc vero propugnatoribus Iudaeorum circiter duodecim caesis, reliqui in urbem sunt compulsi. unus Iudaeus vivus captus ante moenia in crucem actus est, ut eo adspectu perculsi caeteri se dederent. sed cum Titus ligneas turres singulas 50 cubitum in aggeribus collocasset, Iudaei arietum impetum non amplius prohibuerunt, cum ex illis ferirentur ac male tractarentur. iam vero muro etiam a Nicone (sic enim ipsi Iudaei Romanorum maximam vocabant machinam) labefactato, plerique debilitatis animis recesserunt, eodemque a Romanis occupato in alterum murum confugerunt.

Muro primo 15 diebus capto, secundus etiam adducta machina oppugnari coeptus. ac turri quadam labefactata alii fugerunt, (20) Castor vero quidam, homo impostor, cum aliis decem suppliciter extentis manibus Titum vocat: cui ille fide adhibita, machinae ictum inhibuit. Castor se descensurum professus est ad petendam dexteram. illi vero decem partim supplicem cum eo gestum simulabant, partim se nunquam Romanis servituros clamitabant. quare dum tempus teritur, Castor Simonem monet ut quid facto sit opus deliberet, dum

ζοντος Ῥωμαίοις αὐτοῦ καὶ τὸ σφῶν ἐπέχοντος ὅρμημα. τέλος
δὲ γνωσθεὶς ἀπάτῃ τὸν καιρὸν παρέλκων, παρώξυνε τοὺς Ῥω-
μαίους τὰς ἐμβολὰς τοῦ κριοῦ ποιεῖσθαι δυνατωτέρας. ἑάλω
D τοίνυν καὶ τὸ δεύτερον τεῖχος ἡμέρᾳ πέμπτῃ μετὰ τὸ πρῶτον.
παρελθὼν δ' ἐντὸς ὁ Τίτος, κτείνειν τε τοὺς καταλαμβανομένους
ἐκώλυσε, καὶ μηδὲ τὰς οἰκίας ὑποπιμπρᾶν τοῖς στρατιώταις ἐκέ-
λευσεν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦ τείχους πολὺ μέρος καθαιρεθῆναι ἠθέ-
λησε· περὶ πλείονος γὰρ ἐποιεῖτο τὴν μὲν πόλιν ἑαυτῷ περισῶσαι,
W I 211 τῇ πόλει δὲ τὸν ναόν. ἐπιτίθενται τοίνυν οἱ στασιασταὶ τοῖς
ἐπελθοῦσιν εἰς τὴν πόλιν Ῥωμαίοις, καὶ οἱ μὲν κατὰ τοὺς στενω-
πούς, οἱ δ' ἐκ τῶν οἰκιῶν, οἱ δ' ἐκ τοῦ τείχους αὐτοὺς ἔβαλλον.
καὶ οἱ τούτου φρουροὶ Ῥωμαῖοι καθαλλόμενοι τῶν πύργων ἀνε-
χώρουν εἰς τὸ στρατόπεδον. Ἰουδαῖοι δὲ κατ' ἐμπειρίαν τῶν
P I 295 στενωπῶν ἐτίτρωσκόν τε πολλοὺς καὶ προσπίπτοντες ἐξώθουν.
Ῥωμαῖοι μὲν οὖν κρατήσαντες καὶ τοῦ δευτέρου τείχους, αὖθις
ἐξώσθησαν, ἐπῆρτο δὲ τοῖς στασιασταῖς τὰ φρονήματα. ἤδη
δὲ καὶ ὁ λιμὸς ὑφέρπων τὴν πόλιν πολλοὺς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν
ἐνδείᾳ τῶν ἐπιτηδείων διέφθειρε. τοῦτο δὲ τοῖς στασιασταῖς
καταθύμιον ἦν, μόνους ἀξιοῦσι σώζεσθαι τοὺς τὴν εἰρήνην μὴ
θέλοντας, τὴν δὲ τῶν ἄλλων φθορὰν οἰομένοις κουφισμὸν ἑαυ-
τῶν. Ῥωμαῖοι δὲ αὖθις ἀπεπειρῶντο κατασχεῖν τὸ τεῖχος τὸ
δεύτερον, οἱ δὲ διεκώλυον· καὶ ἐπὶ τρισὶ μὲν ἡμέραις ἀντέσχον,
B τῇ δὲ τετάρτῃ μὴ ἐνεγκόντες τὴν προσβολὴν εἰς τὸ ἐνδότερον
μετεχώρησαν.

5 τε om A. 6 ἐκώλυε A. ἀποπιμπρᾶν A. 19 ante σώζεσθαι PW add τοῦ, om A Iosephus. 22 τρισὶ μὲν] τρισὶν A.

ipse Romanorum impetum inhiberet atque eluderet. dolo tandem animadverso Romani concitati, maioreque vi machinis impulsis, etiam secundum murum quinto post primum die ceperunt. Titus ingressus retinuit ne comprehensi caederentur neve aedes incenderentur, neque etiam magnam partem muri dirui voluit. malebat enim urbem sibi, templum urbi conservare. seditiosi vero Romanos urbem ingressos adorti, alii in angiportis, alii ex aedibus, alii ex moenibus feriebant: itaque praesidiarii e turribus desilientes in castra revertebantur. Iudaei vero cum ex notitia angiportuum multos vulnerassent, et Romanos post secundum quoque murum captum fortiter reppulissent, sustulerunt animos; ac fame iam per urbem serpente, multorum bonorum virorum ex annonae penuria interitu seditiosi delectabantur, eos solos salvos esse cupientes qui pacem aversarentur, aliorumque perniciem suam salutem interpretabantur. Romanis vero secundum murum denuo occupare studentibus, triduum restiterunt: quarto die impetum eorum non ferentes in interiora transierunt.

Καὶ πάλιν ὁ Τίτος τοῦ τείχους κρατήσας αὐτίκα τούτου καθήρησε τὸ προσάρκτιον· τῷ λοιπῷ δ' ἐγκαταστήσας φρουράν, τῷ τρίτῳ προσβαλεῖν ἡτοιμάζετο. καὶ διχῇ τὰ τάγματα διελὼν ἐγείρειν ἤρχετο χώματα. τῶν δ' ἐντὸς οἱ μὲν στασιασταὶ ἦσαν ἄτεγκτοι καὶ ἀνένδοτοι, ὁ δὲ δῆμος πρὸς αὐτομολίαν κεκίνητο, καὶ πολλοὶ λανθάνοντες ηὐτομόλουν. οὓς δὲ τοῦτο βουλομένους οἱ στασιάζοντες ἔγνων, ἢ καὶ μόνην ἔσχον ὑπονοίας σκιάν, εὐθέως ἀπέσφαττον· τοῖς δ' εὐπόροις καὶ ψευδῆ τὴν τῆς αὐτομολίας κατηγορίαν προσάπτοντες τοὺς μὲν αὐτίκα διέφθειρον, C *τὰς δὲ ἐκείνων οὐσίας διήρπαζον. ὁ λιμὸς δ' ἀκμάζων τὴν τῶν στασιαστῶν ὠμότητα ηὔξανε. δι' ἔνδειαν γὰρ τῶν τροφῶν εἰσπηδῶντες τὰς οἰκίας ἠρεύνων, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἀρνουμένους ἔχειν, εἰ μὲν εὕρισκον, ᾔκιζον, εἰ δὲ οὐχ εὕρισκον, ὡς κρύψαντας ἐπιμελέστερον ἤταζον. ἐποιοῦντο μέντοι τοῦ ἔχειν τροφὰς ἢ μὴ τὰ σώματα τῶν ἀθλίων τεκμήριον. οἷς μὲν γὰρ ἔτι μετῆν ἰσχύος, ἔχειν ἐδόκουν, οἷς δ' ἐξετάκη τὰ σώματα, παρωδεύοντο. εἰ δέ τις εὐπόρησε πυρῶν ἢ κριθῆς, κατακλείσας τὴν οἰκίαν ἤσθιε· τινὲς δ' ὑπὸ βίας τῆς τοῦ λιμοῦ καὶ ἀνέργαστον* D *τὸν σῖτον προσίεντο· καὶ ἀφήρπαζον ἐξ αὐτοῦ τοῦ στόματος τὰς τροφὰς μητέρες βρεφῶν, παῖδες πατέρων, γυναῖκες ἀνδρῶν. καὶ οὕτω δ' ἐσθίοντες, ὅμως τοὺς στασιαστὰς οὐκ ἐλάνθανον. ὅπου δὲ κεκλεισμένην οἰκίαν κατίδοιεν ἢ καπνὸν ἀποθρώσκοντα,*

7 *ἔγνων*] *εὕρισκον* A. 18 *τῆς* om A.

Titus iterum potitus moenibus quantum ad septentrionem spectat diruit, reliquis partibus praesidio imposito ad tertium oppugnandum se paravit. et legiones bifariam dispertitus aggeres excitare coepit. ex iis qui intus erant seditiosi pertinaciter resistebant, populus vero transfugium spectabat, ac multi sane clam transfugiebant. quod qui in animo habere videbantur, aut umbram tantum suspicionis praebebant, iugulabantur statim, eorumque bona diripiebantur. locupletes vero, etiam falso transfugii crimine conficto, statim caedebantur, ut res eorum familiaris praedae esset. eam seditiosorum crudelitatem fames augebat. nam ob cibariorum penuriam in aedes insiliebant, easque pervestigabant; quarum habitatores se habere negantes, si quid reperiebant, excruciabant; si nihil, torquebant, quasi accuratius occultassent; et utrum miseri alimoniam haberent necne, e corporibus eorum coniecturam capiebant. nam quibus adhuc aliquid virium supererat, habere putabantur; quorum vero corpora contabuerant, praeteribantur. si cui vero triticum aut hordeum suppetebat, is eo clausis aedibus vescebatur. aliqui etiam ob famis violentiam rude triticum comedebant. cibosque ex ore infantium matres, liberi parentum, uxores maritorum rapiebant: et cum ita ederent, tamen seditiosos latere non poterant. sicubi enim clausam domum aut fumum exsilientem conspexissent, id argumentum putabant

σημεῖον ταῦτ' ἐποιοῦντο τοῦ τοὺς ἐντὸς ἐσθίειν, καὶ ῥήσσοντες
τὰς θύρας ἐκ τῶν φαρύγγων αὐτῶν ἀνέφερον τὰς τροφάς· οὐδέ
τις ἦν οἶκτος ἢ πολιᾶς ἢ νεότητος. τοῖς δὲ φθάσασι προβε-
βρωκέναι τὸ ἐσθιόμενον δεινὰς ἐπῆγον ὡς ἀδικοῦσι καὶ ἀπηνεῖς
P I 296 τιμωρίας, ὀρόβοις τοὺς αἰδοίων πόρους ἐμφράττοντες καὶ τὰς
ἕδρας ῥάβδοις ὀξείαις ὠμῶς ἀναπείροντες. τὰ φρικτὰ δὲ καὶ
ἀκοαῖς ἔπασχέ τις εἰς ἑνὸς ἄρτου ἐξομολόγησιν, ἢ ἵνα δράκα
μίαν ἀλφίτων τοῖς λησταῖς καταπρόηται. καθ' ἕκαστον μὲν οὖν
ἐπεξιέναι τὰ τότε γενόμενα δυσχερὲς ἢ καὶ ἀδύνατον, συνελόντα
δ' εἰπεῖν, μήτε πόλιν ἄλλην τοιαῦτα παθεῖν, μήτε γένος ἕτερον
ἐξ αἰῶνος γενέσθαι κακίας γονιμώτερον.

21. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἔπασχον Ἰουδαῖοι, Τίτῳ δὲ τὰ
χώματα προὔκοπτε, καίτοι κακουμένων ἀπὸ τοῦ τείχους τῶν
B στρατιωτῶν. οἱ δὲ πρὸς συλλογὴν ἐξιόντες τροφῆς ἐνηδρεύοντο
(ἦσαν δὲ οὐ δημόται μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν μαχίμων τινὲς οὐκέτι
ταῖς ἁρπαγαῖς ἀρκούμενοι), καὶ συλλαμβανόμενοι ὑπὸ τῶν Ῥω-
μαίων μετὰ πᾶσαν βάσανον πρὸ τοῦ τείχους ἀνεσταυροῦντο.
W I 212 Τίτῳ μέντοι οἰκτρὸν τὸ πάθος ἐδόκει, πεντακοσίων ἑκάστης ἡμέ-
ρας ἢ καὶ πλειόνων ἁλισκομένων. οὔτε δὲ φυλάττειν αὐτοὺς
οὔτ' ἀφιέναι ἔκρινεν ἀσφαλές, καὶ ἅμα πρὸς τὴν ὄψιν ἐνδοῦναι
τοὺς λοιποὺς ἤλπιζεν. οἱ στασιασταὶ δὲ τοὺς τῶν αὐτομόλων

8 ἀλφίων A. 12 οὖν om A.

FONTES. *Cap.* 21. *Iosephi de bello Iudaico* 5 11—13.

edentis familiae, perfractisque foribus cibos ex ipsis faucibus extrahebant, nulla ullius aetatis misericordia affecti. si qui vero cibum iam deglutierant, eos acerbis dirisque suppliciis ut iniurios persequebantur, orobis pudendorum meatus obturantes, et sedes virgis acutis perforantes. eaque patiebatur aliquis, quae auditu quoque horrenda fuerint, ut se vel unum habere panem confiteretur, aut unum farinae pugillum praedonibus daret. ac quae tum facta sunt, singulatim commemorari difficulter ac potius nullo modo queant: sed illud compendio dici potest, neque aliam urbem talia perpessam esse, neque gentem ullam ab omni aevo sceleratiorem exstitisse.

21. Dum ita cum Iudaeis agitur, Titi aggeres promovebantur, quamvis milites de muris affligerentur. qui vero ad conquirendum cibum egrediebantur, non plebeii duntaxat sed etiam ex bellicosis aliquot, rapinis haud contenti, insidiis excepti a Romanis post omnia cruciatuum genera pro moenibus in cruces tollebantur. ea calamitas etsi Tito miseranda videbatur, cum in dies quingenti aut plures etiam caperentur, tamen nec custodiri eos nec dimitti tutum putabat: simul etiam caeteros iis conspectis facilius deditionem facturos opinabatur. verum seditiosi

οἰκείους ἐπὶ τὸ τεῖχος ἕλκοντες, καὶ τῶν δημοτῶν τοὺς ἐπὶ πίστιν ὡρμημένους, οἷα πάσχουσιν οἱ Ῥωμαίοις προσφεύγοντες ἐπεδείκνυον, καταψευδόμενοι καὶ τῶν πολεμίων καὶ τῶν οἰκείων. C

Ἤδη δὲ τῶν χωμάτων συντελεσθέντων αἱ ἑλεπόλεις προσήγοντο. ὑπορύξαντες δ' ἔνδοθεν Ἰουδαῖοι τὸ κατὰ τὴν Ἀντωνίαν μέχρι τῶν χωμάτων διάστημα, καὶ τοὺς ὑπονόμους ξύλοις ὑποστηρίξαντες, μετέωρα τὰ χώματα πεποιήκασιν. εἶτα ὕλης τὸ ὄρυγμα πλήσαντες, πῦρ τῇ ὕλῃ ἐνέβαλον, καὶ τῶν ὑποστηριζόντων ξύλων καυθέντων ἡ διώρυξ ἀθρόον ἐνέδωκε καὶ κατεσείσθη τὰ χώματα· καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἔκπληξις καὶ ἀθυμία πρὸς τὴν ἐπίνοιαν γίνεται. κατὰ δὲ τὰ λοιπὰ τὰς ἑλεπόλεις οἱ Ῥωμαῖοι προσάγοντες διέσειον τὸ τεῖχος. ἀλλά τινες παραβόλως ὁρμή- D σαντες κατ' αὐτῶν πῦρ ἐνῆκαν καὶ πάντα κατέπρησαν. διεφθαρμένων δὲ τῶν χωμάτων Ῥωμαῖοι μὲν ἠθύμουν, Τίτος δὲ μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἐβουλεύετο. καὶ οἱ μὲν αὖθις ἕτερα ἐγείρειν ἐκέλευον, οἱ δὲ χωμάτων ἄνευ προσκαθέζεσθαι καὶ φυλάττειν τὰς ἐξόδους αὐτῶν καὶ τὰς τῶν ἐπιτηδείων εἰσαγωγάς, καὶ οὕτως ἔλεγον λιμῷ τὴν πόλιν ἔσεσθαι ἁλωτήν, τοῖς δὲ πᾶσαν ἐδόκει προσάγειν τὴν δύναμιν καὶ ἀποπειρᾶσθαι τοῦ τείχους· μηδὲ γὰρ οἴσειν Ἰουδαίους τὴν ἔφοδον. τῷ γε μὴν Τίτῳ τούτων οὐδὲν ἤρεσκεν, ἐδόκει δὲ περιβόλῳ τὴν πόλιν κυκλῶσαι, ἵν' οὕτω P I 297 πᾶσαν ἐμφράξῃ τοῖς ἔνδον διέξοδον. καὶ τὸ ἔργον τῇ στρατιᾷ κατεμέρισε. τοῖς δέ τις ἔρις ἐμπίπτει ἐπὶ τὴν ἐργασίαν καὶ ὁρμή

1 πύστιν? ut Iosephi Ant. 17 5 § 3. 4 δὲ καὶ τῶν A.
8 πληρώσαντες A. 13 πῦρ κατ' αὐτῶν A.

transfugarum necessariis in muros pertractis, iisque popularium qui se hostium fidei committere studebant, ut tractarentur ii qui ad Romanos confugerent, ostendebant, tam de hostibus quam de suis mentientes.

Aggeribus absolutis machinae producebantur. Iudaei vero eo spatio quod inter Antoniam et aggeres interiacet suffosso, et cavernis lignis suffultis, aggeres pensiles reddiderunt, qui, fossa materia impleta, et iniecto igne fulcris combustis subito cedente, corruerunt. Romani ea sollertia obstupefacti et consternati machinis alibi adductis muros labefactarunt. sed quidam praecipiti audacia eas omnes cremarunt. aggeribus collapsis Romani tristes fuerunt: Titus vero cum ducibus deliberavit. quorum alii aggeres alios excitandos, alii sine his assidendum et Iudaeorum eruptiones et commeatus importationes observandas censebant: ita enim urbem fame expugnatum iri. erant etiam qui suaderent ut omnibus copiis adductis moenia tentaret: Iudaeos enim impetum earum non laturos. Titus vero, qui nihil horum probaret, muro urbem circumdare statuit, ut obsessis omnem exitum obstrueret; eumque laborem inter milites distribuit. qui contentione quadam divinoque im-

τις δαιμόνιος, ταχύ τε τὸ ἔργον ἐξῳκοδόμητο. περικλείσας δὲ τῷ τείχει τὴν πόλιν, τὴν μὲν πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς περιιὼν αὐτὸς ἐπεσκέπτετο, τὰς δὲ λοιπὰς ἑτέροις ἐπέτρεψε· διεκληροῦντο δὲ τὸν ὕπνον οἱ φύλακες.

Ἰουδαίοις δὲ μετὰ τῶν ἐξόδων ἀπεκλείσθη πᾶσα σωτηρίας ἐλπίς, καὶ ὁ λιμὸς κατ' οἴκους καὶ γενεὰς τὸν δῆμον ἐβόσκετο, καὶ τὰ μὲν τέγη γυναικῶν καὶ βρεφῶν ἐκλελυμένων πεπλήρωτο, οἱ στενωποὶ δὲ γερόντων νεκρῶν· παῖδες δὲ καὶ νεανίαι διῳδηκότες ὡς εἴδωλα κατὰ τὰς ἀγορὰς περιήεσαν, καὶ κατέπιπτον
B ὅπη ἕκαστος ἀτονήσας ἔτυχε. θάπτειν δὲ τοὺς προσήκοντας οἱ ἔτι ζῶντες οὐκ ἴσχυον· πολλοὶ δὲ καὶ θάπτειν ὁρμήσαντες τοῖς θαπτομένοις ἐπαπέθνησκον. οἱ δὲ στασιασταὶ καὶ τῶν ἐκ τοῦ λιμοῦ κακῶν ἐγίνοντο χαλεπώτεροι, τυμβωρυχοῦντες καὶ τὰς οἰκίας συλῶντες. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τοῦ δημοσίου θησαυροῦ θάπτειν ἐκέλευον τοὺς νεκρούς, τὴν δυσωδίαν μὴ φέροντες, εἶτ' ἐρρίπτουν αὐτοὺς ἐκ τῶν τειχῶν εἰς τὰς φάραγγας. περιιὼν δ' ὁ Τίτος καὶ θεασάμενος νεκρῶν πεπληρωμένας αὐτὰς καὶ βαθὺν ἰχῶρα μυδώντων σωμάτων ἐκρέοντα, ἐστέναξε καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας ἐμαρτύρετο τὸν θεὸν ὡς οὐκ εἴη τὸ ἔργον αὐτῷ πρὸς
C βουλῆς. καὶ πάλιν ἥπτετο χωμάτων, χαλεπῶς αὐτῷ τῆς ὕλης πορίζομένης· πρὸ γὰρ σταδίων κεκόμιστο ἐνενήκοντα.

Πολλοὶ δ' ηὐτομόλουν τοῦ δήμου, οἱ μὲν ἐκ τῶν τειχῶν κρημνίζοντες ἑαυτούς, οἱ δὲ προϊόντες ὡς ἐπὶ μάχην μετὰ χερ-

5 πᾶσι A. 11 καὶ om A. 12 ἐκ τῶν A. 21 πρὸ] ἀπ' Iosephus.

petu concitati celeriter opus absolverunt. ita clausa civitate primas noctis excubias Titus ipse obibat ac lustrabat, reliquas aliis mandabat, militibus sortito dormientibus.

Iudaeis vero exitu intercluso spes etiam salutis una est interclusa, fame totas domos atque familias depascente. atque aedes quidem mulierum et puerorum viribus defectorum, angiportus senibus mortuis referti erant. pueri et adolescentes tumefacti simulacrorum instar in foris circuibant, et quo quemque loco vires defecerant, occumbebant. mortuos cognati sepelire non poterant, et multi inter sepeliendum emoriebantur. seditiosi vero etiam famis cladibus saeviores sepulcra effodiebant et aedes spoliabant, ac principio ex aerario mortuos sepeliri iubebant ob foetorem intolerabilem, deinde in valles ex muris praecipitabant. quas cum circuiret Titus, et cadaveribus plenas, e quibus putrescentibus copiosa manabat sanies, videret, ingemuit, sublatisque manibus deum testatus id sua voluntate non fieri, denuo aggeres instituit, etsi materia aegre 90 stadiis comportabatur.

Multi interim e populo transfugiebant, qui partim de muris se deiiciebant, partim saxa veluti ad pugnam parati manibus gestantes

μάδων πρὸς Ῥωμαίους κατέφευγον. καὶ οὕτω δ' οἱ πλείους ἀπώλλυντο· λιμώττοντες γὰρ καὶ ἀφθονίᾳ τροφῶν ἐντυγχάνοντες ἀπλήστως τε κορεννύμενοι διερρήγνυντο. συνέβη δέ τι καὶ ἕτερον τοὺς αὐτομόλους φθεῖρον. τινὲς γὰρ αὐτῶν κεκτημένοι χρυσοῦς, ἐν τῷ μέλλειν πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολεῖν κατέπινον σφᾶς, ἵνα μὴ ἁλόντες ἀφαιρεθῶσιν αὐτούς. παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις γενόμενοι τοῖς τῆς γαστρὸς σκυβάλοις τοὺς χρυσοῦς συνεξέκρινον, καὶ [W I 213 D] *ἐκλέγοντες αὐτοὺς ἐλάμβανον. φωρᾶται τοίνυν τῶν αὐτομόλων τις τοῦτο ποιῶν· καὶ φήμης γεγονυίας εἰς τὸ στρατόπεδον ὡς μεστοὶ χρυσίου προσίασιν οἱ αὐτόμολοι, ἀνετέμνοντο τὰς γαστέρας οἱ ἄθλιοι, ὡς ἐντεῦθεν πολλὴν γενέσθαι τῶν Ἰουδαίων φθοράν· μιᾷ γὰρ νυκτὶ ὑπὲρ τρισχιλίους ἀνασχισθῆναι συνέβη. ὃ γνοὺς ὁ Τίτος ἠπείλησε τῷ στρατεύματι· ἀλλὰ μικρὸν ἢ οὐδὲν τοῖς αὐτομόλοις ἐπήμυνεν ἡ τοῦ Τίτου ὀργή. ἐν ὀλίγοις δ' εὑρίσκετο τὰ ἀργύρια, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐλπίδες μόναι ἀπώλλυον. λέγεται δὲ τοὺς ἐκ τῆς πόλεως διὰ τῶν πυλῶν ἐκκομισθέντας καὶ ῥιφέντας νεκροὺς τῶν ἀπόρων γενέσθαι μυριάδας ἑξήκοντα, τῶν* [P I 298] *δ' ἄλλων ἀνεξεύρετον εἶναι τὸν ἀριθμόν, τοῦ μέντοι σίτου τὸ μέδιμνον πραθῆναι ταλάντου.* (22) *περιτειχισθείσης δὲ τῆς πόλεως παρὰ τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἄνω μοι εἴρηται, οὐδὲ ποηλογεῖν οἷόν τε ἦν· ὅθεν τὰς τῶν ζώων κόπρους τὰς παλαιὰς ἀνερευνῶντες ἐποιοῦντο τροφήν.*

12 *πρὸς δισχιλίους* Iosephus. 16 *τῶν πολλῶν* A. 18 *ἀνεξερεύνητον* A et Iosephi codex optimus Parisiensis apud E. Cardwellum. 19 *μέδιμνον*] *μέτρον* Iosephus.

Fontes. *Cap.* 22. *Iosephi de bello Iudaico* 5 13 § 7 — 6 4 § 1.

Romanorum fidei se committebant. et tamen sic etiam maiori ex parte interibant: nam famelici ciborum copiam insatiabiliter ingerentes rumpebantur. accidit etiam aliud quod exitium transfugis afferebat. nam eorum quidam ad Romanos confugituri aurum, quod habebant, deglutiebant, ne capti eo spoliarentur, idque in castris cum excrementis eiectum colligebant. in quo uno deprehenso, famaque in castris sparsa transfugas auro plenos venire, miserorum ventres dissecabantur. qua de causa plurimi, unaque nocte tria milia et amplius perierunt. quod ne fieret etsi Titus interdicebat, tamen eius minae parum aut nihil miseris commodarunt: et cum in paucis nummi reperirentur, caeteros praedae spes perdebat. ferunt autem pauperum, qui mortui per portas civitatis elati et proiecti sint, 600 fuisse milia, aliorum numerum inexplicabilem; frumentique medimnum talento venisse. (22) urbe autem, ut supra diximus, a Romanis muro circumdata cum non amplius herbas colligere liceret, animantium stercora vetera inquirentes comedebant.

Ῥωμαίοις δὲ ἤδη ἠγέρθη τὰ χώματα, καὶ ταῖς ἑλεπόλεσι τὸ τεῖχος τῆς Ἀντωνίας ἐτύπτετο, οὐ μὴν καθῃρεῖτο τυπτόμενον. τινὲς δὲ τῶν στρατιωτῶν ὑπὲρ τῶν σωμάτων τοὺς θυρεοὺς ὀροφώσαντες, μοχλοῖς τοὺς θεμελίους ὑπώρυττον, καὶ τέσσαρας τῶν λίθων ἐξέσεισαν. νὺξ δ' ἐπελθοῦσα τοὺς πολέμους ἑκατέρωθεν B ἔπαυσε· καὶ τὸ τεῖχος ὑπὸ τῶν κριῶν σαλευθὲν κατ' αὐτὴν αἰφνίδιον κατερείπεται. ὤφθη δ' ἄλλο τεῖχος ἀνῳκοδομημένον ἐντός, ὃ τὴν ἐπὶ τῷ πεσόντι χαρὰν τοῖς Ῥωμαίοις εἰς ἀθυμίαν μετέβαλεν. ὁ Τίτος δὲ τοῖς στρατιώταις διαλεχθεὶς ἐπήγειρεν αὐτῶν τὰ φρονήματα. καί τις ἀπὸ Συρίας ἀνὴρ Σαβῖνος τὸ ὄνομα, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τῇ λαιᾷ τὸν θυρεὸν ἐπανατεινάμενος, τῇ δεξιᾷ δὲ τὸ ξίφος σπασάμενος, ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐχώρησεν· εἵποντο δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεροι ἕνδεκα, τὴν ἀνδρείαν ζηλώσαντες. οἱ δ' ἐν τῷ τείχει κατηκόντιζόν τε αὐτοὺς καὶ βέλεσιν ἔβαλλον, καὶ λίθους ὑπερμεγέθεις ἐκύλιον, δι' ὧν τῶν ἕνδεκα παρεσύρησαν ἔνιοι. ὁ δὲ Σαβῖνος οὐ πρότερον ἐπέσχε τὴν ὁρμὴν ἢ ἀνελθεῖν εἰς τὸ τεῖχος καὶ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους. ὅτε γοῦν ἐκράτησε τῆς ἐπιχειρήσεως, ἐσφάλη προσπταίσας πέτρᾳ τινί, καὶ πρηνὴς ἐν αὐτῇ μετὰ ψόφου τῶν ὅπλων κατέπεσε. πρὸς C γοῦν τὸν ψόφον ἐπιστραφέντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ μόνον αὐτὸν ἰδόντες καὶ κείμενον, ἔβαλλον πάντοθεν. ὁ δ' εἰς γόνυ διαναστὰς ἠμύνετο, ὑπὸ δὲ πλήθους τραυμάτων παρείθη τὴν δεξιὰν καὶ κατεχώσθη τοῖς βέλεσι. τῶν δὲ λοιπῶν τρεῖς μὲν ἤδη πρὸς

3 θυρεοὺς] οὐρανοὺς A. 13 ἀνδρείαν AW cum Iosepho, ἀνδρίαν P. 15 τῶν AW, om P.

Aggere iam a Romanis excitato cum Antoniae murus machinis feriretur ille quidem sed nullis ictibus everteretur, milites aliquot clipeis in humeros reiectis, actaque testudine fundamentis suffossis, quattuor saxa vectibus amoliti sunt. nox praelium utrinque diremit: eaque murus machinis quassatus subito corruit. sed alius murus post illum aedificatus Romanorum laetitiam e prostrato conceptam in moerorem convertit. Titus autem habita concione militum animos excitavit. et quidam ex Syria Sabinus, scuto in caput elato dexteraque strictum ensem tenens, moenibus successit: cuius virtutem undecim alii sunt aemulati. propugnatoribus vero iaculis et telis saxisque praegrandibus subeuntes propulsantibus aliquot ex undecim illis deiecti sunt; Sabinus vero non destitit prius quam muro superato fugasset hostes. sed cum saxo impegisset et pronus in eo concidisset, Iudaei ad sonitum armorum conversi eum solum iacentem undique petiverunt. is vero in genu consurrexit seque defendit, donec dextera vulnerum multitudine laxata telis est ob-

τοῖς ἄκροις γενομένους τοῖς λίθοις ἀπέκτειναν, οἱ δ' ὀκτὼ τραυματίαι πρὸς τὸ στρατόπεδον ἐκομίσθησαν.

Μετὰ δὲ δύο ἡμέρας νυκτός τινες ἡσυχῇ διὰ τῶν ἐρειπίων εἰς τὴν Ἀντωνίαν προσβαίνουσι, καὶ τοὺς ἐκεῖ φρουροῦντας ἀποσφάξαντες κοιμωμένους, ἐσάλπισαν. καὶ φυγὴ τῶν ἄλλων φρουρῶν ἦν, Τίτος δὲ μετὰ τῶν ἐπιλέκτων ἀνέβη, καὶ τὰ τάγματα D εἵπετο. τῶν Ἰουδαίων δὲ καταπεφευγότων εἰς τὸ ἱερόν, καὶ οἱ τοῦ Τίτου εἰσέπιπτον διὰ τῆς διώρυγος ἣν ὑπὸ τὰ χώματα τῶν Ῥωμαίων ὑπώρυξαν. συρρήγνυται δὲ περὶ τὰς εἰσόδους μάχη καρτερά, καὶ τὰ ξίφη σπασάμενοι συνεπλέκοντο, φόνος δὲ ἦν πολὺς ἑκατέρωθεν. κλινομένης δὲ ἤδη τῆς Ῥωμαϊκῆς παρατάξεως, Ἰουλιανός τις ἑκατοντάρχης, ἄριστος ἀνήρ, προπηδᾷ καὶ νικῶντας τοὺς Ἰουδαίους τρέπεται μόνος. ἔφευγε δὲ τὸ πλῆθος καὶ διεσκέδαστο. καταδιώκων οὖν τοὺς σκεδαννυμένους ὁ γενναῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ κατολισθαίνει κατὰ τοῦ λιθοστρώτου, ἥλους πυκνοὺς ἐν τοῖς ὑποδήμασιν ἔχων, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ στρατιῶται. P I 299 καὶ Ἰουδαῖοι περιστάντες αὐτὸν ἐτίτρωσκον πάντοθεν. ὁ δὲ καὶ κείμενος ἠμύνετο, μέχρι κατατρωθεὶς ἐνέδωκε, καὶ τοῖς πολεμίοις αὐτοῖς θαυμαζόμενος.

Ἰουδαῖοι μὲν οὖν τοὺς Ῥωμαίους ὠσάμενοι κατακλείουσιν εἰς τὴν Ἀντωνίαν, ὁ Τίτος δὲ πολλὰ καὶ διὰ Ἰωσήπου παρακα- W I 214 λέσας τοὺς στασιαστὰς καὶ δι' ἑαυτοῦ, ὡς ἀμειλίκτους ἑώρα, πάλιν ἐχώρει καὶ ἄκων πρὸς πόλεμον. καὶ τοὺς ἀρίστους ἐπιλε-

3 δύω PW. 7 καταφευγόντων A: utrumque in Iosephi codicibus. 8 ὑπὸ] ἐπὶ A et aliquot Iosephi codices.

rutus. e caeteris tres, qui iam ad summum evaserant, lapidibus occisi, octo vulnerati in castra sunt relati.

Biduo post quidam tacite per ruinas ad Antoniam progressi, custodibus qui obdormierant caesis tuba cecinerunt. caeteris autem defensoribus fugientibus Titus cum delecta manu, sequentibus legionibus, adscendit. Iudaeis ad templum confugientibus, Titi milites per fossam quam hostes subter aggeres excavarant irruunt: ibique acris pugna strictis gladiis committitur: cadunt utrinque multi. sed Romana acie iam inclinata Iulianus centurio, vir fortissimus, assilit ac Iudaeos victores solus in fugam vertit. quos dum fugientes et palantes persequitur, in solo constrato lapidibus (in calceis enim crebros clavos, ut et caeteri milites, infixos habebat) prolapsus, et a Iudaeis circumventus, undique convulneratur; sed et iacens se defendit, donec confossus interiit, etiam hostibus admirabilis.

Iudaei Romanos propulsatos in Antoniam concluserunt. Titus vero seditiosos et per Iosephum et per semetipsum cohortatus, ut nulla re molliri vidit, invitus bellum repetiit; delectuque ex optimis habito,

ξάμενος περὶ ὥραν τῆς νυκτὸς ἐννάτην ταῖς φυλακαῖς ἐπιθέσθαι προσέταξεν. οὐ μὴν κοιμωμένους εὗρον τοὺς φύλακας, ἀλλὰ γνόντες τὴν ἐπίθεσιν συνεπλέκοντο, καὶ πρὸς τὴν βοὴν καὶ οἱ
B ἄλλοι συνῄεσαν. ἐξ ἐννάτης δὲ τῆς νυκτὸς ὥρας εἰς πέμπτην τῆς ἡμέρας τοῦ πολέμου συνισταμένου ἀγχώμαλος ἦν ἡ μάχη, μηδενὶ τῆς νίκης ἐπιβρισάσης. καὶ οὕτως τότε διελύθησαν οἱ μαχόμενοι. τὸ δὲ λοιπὸν τῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως ἡμέραις ἑπτὰ τοὺς τῆς Ἀντωνίας θεμελίους καταστρεψάμενον πλατεῖαν πρὸς τὸ ἱερὸν ηὐτρέπισαν ἄνοδον. καὶ πλησιάσαντα τῷ πρώτῳ περιβόλῳ τὰ τάγματα χωμάτων κατήρχετο. καὶ ταῦτα μὲν ἠγείρετο σὺν μόχθῳ πολλῷ· Ἰουδαῖοι δὲ τῆς βορείου καὶ κατὰ δύσιν στοᾶς τὸ συνεχὲς πρὸς τὴν Ἀντωνίαν ἐμπρήσαντες ἀπέρρηξαν ὅσον πήχεις εἴκοσι, ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν ἀρξάμενοι καίειν τὰ ἅγια. ὑποπιμπρᾶσι δὲ καὶ Ῥωμαῖοι τὴν πλησίον στοάν· καὶ μέχρι πεντε-
C καίδεκα πηχέων προκόψαντος τοῦ πυρός, ἀποκόπτουσιν Ἰουδαῖοι τὴν ὀροφήν. οἱ δ' ἀνὰ τὸ ἱερὸν στασιασταὶ καὶ φανερῶς τοῖς ἐπὶ τῶν χωμάτων ἐπετίθεντο στρατιώταις, καὶ μετὰ δόλων ἠμύνοντο. ὑπὸ δὲ τοῦ λιμοῦ ἄπειρόν τι πλῆθος ἦσαν οἱ θνήσκοντες. πάθη δὲ τοῖς περιοῦσιν ἔτι συνέβαινε καὶ φρικτὰ διηγήσασθαι καὶ δύσπιστα τοῖς ἀκούουσιν· ὧν ἓν διηγήσομαι. 29

Γυνή τις ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην διὰ γένος καὶ πλοῦτον οὐκ ἄσημος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα καταφυγοῦσα συνεπολιορκεῖτο. ταύτης

2 εὗρον A Iosephus, εὑρὼν PW mutata verborum distinctione. 4 συνίεσαν A. 8 καταστρεψόμενον A. 11 et 15 ἰουδαῖοι A, Οἱ Ἰουδαῖοι PW. 14 ἐπιπιμπρᾶσι A.

sub noctis horam nonam custodes aggredi iussit. qui cum vigilarent, animadversa aggressione clamoribus caeteros quoque advocarunt. ac praelium a nona hora noctis usque ad quintam diei commissum anceps fuit, victoria in neutram partem inclinante: itaque tum diremptum est. reliqua vero pars Romanorum septem diebus Antoniae fundamentis eversis latam ad templum viam munivit. tum legiones muro primo appropinquantes aggeres moliri coeperunt, qui magno cum labore erigebantur. Iudaei porticum, quae a septentrione et occasu Antoniae coniungitur, incensam ad cubitos 20 interruperunt, suis manibus sacra adyta urere aggressi. Romani quoque vicinam porticum incenderunt: flamma vero ad cubitos 15 progressa, Iudaei tectum resecuerunt. seditiosi qui in templo erant et aperte milites in aggere versantes sunt aggressi, et dolis eos propulsarunt. sed fame infinita multitudo periit: superstites eae clades oppresserunt, quae et dictu sunt horrendae, et auditu incredibiles: quarum unam recensebo.

Mulier quaedam trans Iordanem habitans, et genere et opibus haud obscura, Hierosolymis, quo confugerat, obsidionem tolerabat.

πολλάκις ἑαυτῇ τροφὰς ποριζομένης οἱ ληστεύοντες ἐν τῇ πόλει ταύτας διήρπαζον. ἡ δὲ πρὸς ταῦτα ἀγανακτοῦσα, θυμῷ τε καὶ D λιμῷ στρατηγουμένη, ὃ ἦν αὐτῇ ὑπομάζιον τέκνον καταθύσασα καὶ ὀπτήσασα, τὸ μὲν ἔφαγε, τὸ δὲ λοιπὸν εἰς δευτέραν ἐτήρει τροφήν. οἱ δὲ στασιασταί, τῆς κνίσσης προσβαλλούσης αὐτοῖς, παρῆσαν εὐθύς, καὶ εἰ μὴ δοίη τὸ παρασκευασθέν, ἀποσφάξειν ἠπείλουν αὐτήν. ἡ δὲ τὰ τοῦ παιδὸς ἀνεκάλυψε λείψανα· κἀκεῖνοι ἐξέστησάν τε πρὸς τὴν θέαν καὶ ἔφριξαν, καὶ τρέμοντες ὑπεχώρησαν, μόλις ταύτης τέως τῆς τροφῆς παραχωρήσαντες τῇ μητρί.

Ἤδη δὲ τῶν χωμάτων τετελεσμένων προσήγοντο οἱ κριοί· ἤνυον δ' οὐδὲν διὰ τὴν τοῦ τείχους στερρότητα. ἕτεροι δὲ τοὺς θεμελίους ὑπώρυττον· καὶ οὐδ' οὕτως τὸ τεῖχος κατασέσειστο. P I 300 ἀπογνόντες οὖν τῶν ἄλλων, κλίμακας προσέφερον ταῖς στοαῖς. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι κωλῦσαι μὲν οὐκ ἔφθασαν, τοῖς δ' ἀναβᾶσι συμπεσόντες ἐμάχοντο· καὶ ἦν οὐκ ὀλίγος αὐτῶν φόνος.

23. Ὁ δέ γε Τίτος ὡς ἑώρα τὴν ἐπὶ τῷ ἱερῷ φειδὼ πρὸς βλάβης γινομένην τοῖς στρατιώταις, τὰς πύλας ὑφάπτειν προσέταξε. προσαχθέντος δ' αὐταῖς τοῦ πυρός, τηκόμενος ὁ ἄργυρος ᾧ ἐνεδέδυντο παρεχώρει τῇ φλογὶ τῶν ξύλων ἐφάπτεσθαι, κἀντεῦθεν ἐπελαμβάνετο τῶν στοῶν. τοῖς δὲ Ἰουδαίοις ὁρῶσι τὸ

6 ἀποσφάζειν A. 12 ἤνυον δ' οὐδὲν τοῦ τείχους στερρότητι A: Iosephus ἡ στερροτάτη πασῶν ἑλέπολις τύπτουσα τὸν τοῖχον οὐδὲν ἤνυσεν. 13 κατέσειστο A. 15 ἀναβαίνουσι A. 18 βλάβην AW et aliquot Iosephi codices. ὑφάπτειν] φράττειν W: Iosephus ὑφάπτειν. 20 ἐνεδέδυντο A, ἐνεδέδευτο PW.

Fontes. *Cap. 23. Iosephi de bello Iudaico 6 4.*

ea sibi cibos paratos saepe ab urbanis latronibus eripi iniquo animo ferens, iraque et fame percita, puerum lactantem mactatum atque assum partim voravit, partim in aliud tempus asservavit. seditiosi vero nidorem odorati statim adsunt: nisi det quod pararit, mortem minitantur. illa pueri reliquias retegit: quibus latrones visis obstupefacti exhorruerunt ac trementes recesserunt, vix eo cibo matri concesso.

Aggeribus iam perfectis adducuntur arietes: sed ea erat muri firmitas ut nihil inde laederetur. alii fundamenta suffodiebant: sed ne sic quidem est deiectus. caeteris igitur desperatis scalas porticibus admoverunt. id Iudaei non anteverterunt, sed cum iis qui adscenderant dimicarunt: neque parva caedes est edita.

23. Titus cum templi reverentiam militibus esse noxae cerneret, portis iussit admoveri ignem: unde argento liquefacto, quo obductae erant, flamma ligna corripuit atque inde ad porticus evasit. Iudaei

πῦρ ἐν κύκλῳ μετὰ τῶν σωμάτων παρείθησαν αἱ ψυχαί. ἐκείνην
B μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα τὸ πῦρ ἐπεκράτει·
παρὰ μέρος δέ, οὐχ ὁμοῦ πάντοθεν ἴσχυσαν ὑφάψαι τὰς στοάς·
τῇ δ' ἐπιούσῃ, μέρει τῆς δυνάμεως ὁ Τίτος σβεννύειν τὸ πῦρ
κελεύσας, καὶ παρὰ τὰς πύλας ὁδοποιεῖν εἰς εὐμαρεστέραν τῶν
ταγμάτων ἄνοδον, αὐτὸς ἓξ τοὺς κορυφαιοτάτους τῶν ἡγεμόνων
προσκαλεσάμενος περὶ τοῦ ναοῦ ἐβουλεύετο. τοῖς μὲν οὖν ἐδόκει
τῷ τοῦ πολέμου κεχρῆσθαι νόμῳ καὶ μή τινος φείδεσθαι, τοὺς
δὲ παρῄνουν, εἰ μὲν πολεμῷεν ἐπιβάντες αὐτοῦ Ἰουδαῖοι, κατα-
φλέγειν (φρούριον γὰρ καταφλεγήσεσθαι καὶ οὐκέτι ναόν), εἰ δὲ
W I 215 μὴ τοῦτο, σώζειν. ὁ δὲ Τίτος οὐδ' ἂν ἐπιβάντες ἐπ' αὐτοῦ
C πολεμῶσιν Ἰουδαῖοι ἔφησεν ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν τοῖς ἀψύχοις ἐπά-
γειν τὴν ἄμυναν, οὐδὲ καταφλέξειν τηλικοῦτον ἔργον· Ῥωμαίοις
γὰρ ἔσεσθαι πρὸς βλάβην φθαρέν, ὥσπερ καὶ κόσμον τῆς ἡγε-
μονίας εἰ σώζοιτο.

Τῷ μὲν οὖν Τίτῳ σκοπὸς ἦν τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ μετὰ πάσης
ἐμβαλεῖν τῆς δυνάμεως καὶ τὸν ναὸν περικατασχεῖν, τοῦ δὲ ἄρα
πάλαι ὁ θεὸς φθορὰν κατεψήφιστο. οἱ γὰρ στασιασταὶ ἐπιτί-
θενται τοῖς φύλαξι τοῦ ἔξω ἱεροῦ, οἱ δὲ πλήθει τε τῶν ἐκτρε-
χόντων καὶ θυμοῖς ἡττώμενοι ἐνεδίδοσαν. καὶ ὁρῶν ταῦτα Τίτος
ἄνωθεν ἐκ τῆς Ἀντωνίας, ἐπαμύνει μετὰ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων.
D καὶ Ἰουδαῖοι τὴν ἔφοδον οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' εἰς τὸ ἔνδον συνε-
κλείσθησαν ἱερόν. ὑποχωρήσαντος δὲ Τίτου πρὸς ὀλίγον λωφή-

3 κατὰ μέρος γὰρ Iosephus. 4 τὸ πῦρ σβεννύειν A. 10 καὶ om A.

circumcirca igne conspecto et animis et corporibus defecerunt. atque illo die secutaque nocte ignis grassatus est, sed in partibus: nec enim omnes porticus simul incendere valuerunt: postridie Titus parte copiarum restinguere incendium iussa, viamque ad portas parare ut legiones expeditius adscenderent, sex praecipuis ducibus advocatis de templo deliberavit. ibi alii censuerunt belli iure utendum nec ulli rei parcendum, alii monuerunt, si Iudaei eo conscenso bellarent, comburendum esse neque iam templum sed castellum habendum, sin minus, conservandum esse. Titus vero, etsi Iudaei eo occupato repugnarent, tamen se loco virorum res inanimatas ulturum esse negavit, aut tantum opus crematurum, cuius vastatio Romanis damno, conservatio ornamento futura esset.

Titus igitur in animo habuit postridie cum omnibus copiis impressione facta templum occupare: sed deus iam olim eius excidium decreverat. nam cum Titus ex Antonia vidisset templi exterioris custodes multitudini et furori excurrentium Iudaeorum cessisse, cum delectis equitibus opem illis tulit: cuius impetu Iudaei reformidato se in templo interiori concluserunt. regresso Tito seditiosi cum paulisper

σαντες οἱ στασιασταὶ πάλιν Ῥωμαίοις ἐπιτίθενται. καὶ τρεψάμενοι αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι μέχρι τοῦ ναοῦ παρῆλθον. καί τις τῶν στρατιωτῶν ἐκ τῆς φλεγομένης ὕλης μέρος ἁρπάσας, καὶ ὑφ' ἑτέρου ἀνακουφισθεὶς στρατιώτου, ἐνίησι τὸ πῦρ θυρίδι χρυσῇ. αἰρομένης δὲ τῆς φλογὸς Ἰουδαίων μὲν ἐγείρεται κραυγή, καὶ συνέθεον πρὸς τὴν ἄμυναν, Τίτος δὲ γνοὺς ἔθει πρὸς τὸν ναὸν κωλύσων τὸ πῦρ, καὶ τῇ φωνῇ καὶ τῇ δεξιᾷ διεσήμαινε τοῖς μαχομένοις τὸ πῦρ σβεννύειν. οὔτε δὲ βοῶντος ἤκουον οὔτε τῆς χειρὸς προσεῖχον τοῖς νεύμασι. τὰ δὲ τάγματα εἰσιόντα καὶ τῷ ναῷ πλησιάζοντα τῶν μὲν τοῦ Τίτου παραγγελμάτων προσε- P I 301
ποιοῦντο μηδὲ ἀκούειν, τοῖς πρὸ αὐτῶν δὲ πῦρ ἐνιέναι παρεκελεύοντο. ἀμηχανία δ' ἦν τοῖς στασιασταῖς, ἀπειρηκόσι πρὸς ἄμυναν, καὶ φόνος πανταχοῦ καὶ τροπή. Τίτος γε μὴν ὡς οὔτε τὰς ὁρμὰς τῶν στρατιωτῶν ἐνθουσιώντων οἷός τε ἦν κατασχεῖν, καὶ τὸ πῦρ ἐπεκράτει, παρελθὼν μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἐθεάσατο τοῦ θεοῦ τὸ ἅγιον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. τῆς δὲ φλογὸς οὐδέπω διικνουμένης εἴσω, τοὺς δὲ περὶ τὸν ναὸν νεμομένης οἴκους, ἔτι δύνασθαι τὸ ἔργον σωθῆναι οἰόμενος, αὐτός τε παρακαλεῖν ἐπειρᾶτο τοὺς στρατιώτας τὸ πῦρ σβεννύειν, καί τινα τῶν περὶ αὐτὸν ξύλοις παίοντα τοὺς ἀπειθοῦντας ἐκέλευσεν εἴργειν. οἱ δὲ B
νικώμενοι τῷ θυμῷ καὶ τῷ πρὸς Ἰουδαίους μίσει, οὔτε τῇ πρὸς Τίτον αἰδοῖ ἀνεκόπτοντο οὔτε φόβῳ τῷ τοῦ κωλύοντος. τοὺς δὲ

3 ἁρπάσας AW, διαρπάσας P: Iosephus ἁρπάζει. 11 πρὸ αὐτῶν] πρὸς αὐτὸν A. 16 δὲ] οὖν A. 18 σωθῆναι το ἔργον A.

quievissent, denuo Romanos invaserunt: quibus Romani pulsis usque ad templum penetrarunt. et miles quidam torre correpto atque ab alio sublevatus ignem per fenestram auream iniicit. excitata flamma Iudaei exclamantes ad defensionem concurrunt. quo Titus cognito ad templum ignis prohibendi causa et ipse approperans pugnantibus et voce et manu significat ut incendium restinguant. sed illi nec vocem eius exaudiverunt nec manus signum observarunt. legiones quoque ingressae cum templo appropinquarent, Titi mandata se audire dissimulabant, et eos qui praecedebant hortabantur ut ignem iniicerent. itaque seditiosi propulsando hoste fatigati, consilii inopes, passim fugiebant et caedebantur. Titus vero cum impetum militum furore quodam irruentium reprimere non posset, atque incendium augeretur, cum ducibus dei sanctuarium et quidquid in eo fuit spectavit. et cum flamma nondum introrsum penetrasset, sed aedes quae in templi circuitu erant depasceret, opus illud adhuc conservari posse ratus, operam dedit ut milites ad restinguendum incendium exhortaretur. et quendam fuste contumaces cohercere iussit: at illi iracundia et odio Iudaeorum victi nec verecundia Titi nec eius qui prohibebat metu desistebant. multos etiam rapinae spes incitabat,

πολλοὺς καὶ ἐλπὶς παρέθηγεν ἁρπαγῆς, μεστὰ χρημάτων εἶναι τὰ ἔνδον δοξάζοντας. ἔφθη δέ τις καὶ εἰς τοὺς στροφέας τῆς πύλης πῦρ ἐμβαλών· καὶ φλογὸς ἔνδοθεν ἐκφανείσης ἐξάπινα, οἵ τε ἡγεμόνες ἀνεχώρουν καὶ ὁ Τίτος αὐτός, καὶ τοὺς ὑφάπτοντας οὐδεὶς ἔτι ἐκώλυεν.

Ὁ μὲν οὖν ναὸς οὕτως τὸ πῦρ ἐδέξατο, τῶν ἐν αὐτῷ τελουμένων ἐναγῶς καθαρτήριον, ἢ τῶν τελούντων αὐτὰ κολαστήριον. C θαυμάσειε δ' ἄν τις ὅτι καὶ μὴν ὁ αὐτὸς καὶ ἡμέρα συνέπεσε τῷ ἐμπρησμῷ τοῦ ναοῦ, καθ' ἣν καὶ ὁ πρότερος ὑπὸ Βαβυλωνίων κατεφλέγη ναός. καὶ ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης οἰκοδομῆς ἣν Σολομῶν ἐποιήσατο μέχρι τῆς ἱστορουμένης νῦν καθαιρέσεως, ἣ γέγονεν ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ μοναρχίας, ἔτη γίνεται χίλια καὶ ἑκατὸν τριάκοντα καὶ μῆνες ἑπτὰ ἡμέραι τε πεντεκαίδεκα· ἀπὸ δὲ τῆς ὕστερον, ἥτις ἔτει δευτέρῳ τῆς Κύρου βασιλείας ἤρξατο γίνεσθαι, μέχρι τῆς τελευταίας ἁλώσεως, ἔτη ἑξακόσια καὶ τριάκοντα καὶ ἐννέα καὶ ἡμέραι πέντε καὶ τεσσαράκοντα.

D 24. Καιομένου δὲ τοῦ ναοῦ τῶν μὲν προσπιπτόντων ἦν ἁρπαγή, τῶν δὲ καταλαμβανομένων σφαγή. οὐδαμοῦ δὲ ἡ γῆ ἐκ τῶν νεκρῶν διεφαίνετο, ἀλλὰ σωροῖς οἱ στρατιῶται σωμάτων ἐπεμβαίνοντες ἐπὶ τοὺς φεύγοντας ἔθεον. τὸ μὲν οὖν λῃστρικὸν πλῆθος ὠσάμενοι τοὺς Ῥωμαίους διεξέπεσον εἰς τὴν πόλιν, τοῦ W I 216 δημοτικοῦ δὲ τὸ περιλειφθὲν εἰς τὴν ἔξω στοὰν κατέφυγε. τῶν

13 χίλια ἑκατὸν καὶ τριάκοντα A. 15 τῆς om A.

Fontes. *Cap.* 24. *Iosephi de bello Iudaico* 6 5 § 1 — § 3.

interiora pecuniis referta esse existimantes. ac iam quidam portae cardinibus ignem iniecerat: unde cum subito flamma emicuisset, et duces et Titus ipse recesserunt, neque quisquam amplius eos qui ignem iniiciebant prohibebat.

Sic flamma templum corripuit, sive nefariorum sacrorum lustratio, sive sacerdotum poena. in quo illud mirari possis, quod conflagratio in eundem et mensem et diem incidit, quo prius templum a Babyloniis exustum fuerat. a prima Salomonis substructione usque ad vastationem, quae secundo monarchiae Vespasiani anno accidit, intercesserunt anni 1130, menses 7, dies 15; a posteriore, quae anno secundo Cyri coepit, usque ad extremum excidium anni 639, dies 45.

24. Templo ardente obvia quaeque rapta sunt, et qui deprehendi potuerunt occisi; neque usquam solum prae cadaveribus videri potuit, sed milites per acervos caesorum fugientes persequebantur. latronum vero multitudo perruptis Romanorum agminibus in urbem evasit; reliquiae popularis turbae in exteriorem porticum confugerunt. ex

δ' ἱερέων τινὲς ἐπὶ τὸν τοῖχον ἀναχωρήσαντες, ὄντα τὸ εὖρος
ὀκτάπηχυν, ἔμενον. δύο γε μὴν τῶν ἐπισήμων ῥίψαντες ἑαυ-
τοὺς εἰς τὸ πῦρ συγκατεφλέγησαν τῷ ναῷ. Ῥωμαῖοι δὲ ματαίαν
τὴν ἐπὶ τοῖς πέριξ τοῦ ναοῦ φειδὼ κρίναντες, ἤδη αὐτοῦ φλεγο-
μένου, πᾶσιν ἐπῆγον τὸ πῦρ· τὸ δὲ καὶ τῶν γαζοφυλακίων ἐπι- P I 302
λαμβάνεται, ἐν οἷς ἄπειρον μὲν πλῆθος τεθησαύριστο χρημάτων,
ἄπειροι δ' ἐσθῆτες πολυτελεῖς καὶ ἄλλα κειμήλια. ἅπας γὰρ ὁ
Ἰουδαίων πλοῦτος πανταχόθεν ἐκεῖ σεσώρευτο, τῶν κεκτημένων
ἀποτιθεμένων ταῦτα ἐκεῖ ὡς ἐπ' ἀσφαλοῦς ταμιείου.
Ἄπειρον δέ τι πλῆθος διεφθάρη δημοτικόν, οἷς αἴτιος ἀπω-
λείας ἐγένετό τις ψευδοπροφήτης, κηρύξας τοῖς ἐν τῇ πόλει ὡς ὁ
θεὸς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβῆναι κελεύει, δεξομένους τὰ σημεῖα τῆς
σωτηρίας. πολλοὶ δὲ τοιοῦτοι παρὰ τῶν τυράννων ταῦτα λέγειν
καθίεντο, ἵν' ἧττον αὐτομολοῖεν· δι' ὧν ὁ δείλαιος ὄχλος παρα- B
βουκολούμενος, τοῖς ἐναργέσι σημείοις ὡς ἐμβρόντητοι οὐκ ἐπί-
στευον. πολλὰ δὲ σημεῖα γεγόνασιν. ἔστη μὲν γὰρ ὑπὲρ τὴν
πόλιν ἄστρον ῥομφαίᾳ παραπλήσιον, καὶ κομήτης φανεὶς παρε-
τάθη ἐπ' ἐνιαυτόν. καὶ φῶς πρὸ τοῦ πολέμου ποτὲ τὸν ναὸν
καὶ τὸν βωμὸν περιέλαμψεν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπράν,
παραμεῖναν ἐπὶ ἡμίσειαν ὥραν. καὶ βοῦς εἰς θυσίαν ἀναχθεῖσα
ἔτεκεν ἄρνα. ἡ δὲ ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐνδοτέρου ναοῦ χαλκῆ
οὖσα καὶ στιβαρά, ὡς μόλις ὑπὸ ἀνδρῶν εἴκοσιν ἀνοίγνυσθαί τε

2 *Δύω* PW. 6 *πλῆθος* A, *τὸ πλῆθος* PW. 8 *σεσώρευτο* A, *σεσώρευται* PW. 9 *ἐκεῖ* add A Iosephus. 12 *δεξαμένους* A. 16 *γὰρ* add A. 20 *ἐπὶ*] *καὶ* A. 21 *τοῦ ἐνδοτέρῳ ναῷ* A. 22 *ἀνοίγεσθαι* A.

sacerdotibus aliquot murum octo cubitos latum conscenderunt, duo insignes in ignem insilierunt et una cum templo conflagrarunt. tum Romani, vicinis aedificiis frustra parci existimantes ipso templo ardente, omnibus ignem iniecerunt: qui etiam gazophylacia comprehendit, in quibus infinita pecuniae multitudo reposita fuit, infinitae pretiosae vestes et alia ornamenta. ibi enim omnis Iudaeorum opulentia in unum veluti cumulum congesta erat tanquam in tutum aerarium.

